



50. Alte M.

(Rheginus, Verb.) in noch  
in fohrschreibe

K. VIII. 93



ἘΞΗΓΗΣΙΣ

PROPO-  
SITIONVM, CLARIS-  
SIMI AC DOCTISSI-  
MI VIRI, D. NICOLAI CONRADI  
GLOSSENI, *Sacrae Theologiae LICEN-*  
*TIATI, Magdeburgensis & finitima-*  
*rum Ecclesiarum Inspectoris uigilan-*  
*tissimi, Contra errores Papisticos,*  
*in negotio SACRAMENTI cor-*  
*poris & sanguinis Domini*  
*nostri IESV*  
CHRISTI.

AUTHORE M. LEONAR-  
DO IACOBI, NORT-  
HVSIANO.

(Magd. 1546)

# AD CHRIS- TIANVM LECTOREM.

**S**I SACRAMENTI cupias cognoscere summã,  
Si quoq; de MISSA scire probanda uelis.  
Ordine, GLOSSE NVS quæ plurima themata docet  
Edidit in lucem, perlege, nosse potes. (ta,  
Omnia qui Methodo classem conclusit in unam,  
Quæ cuiquam dubium, crede mouere queant.  
Suscipit hæc eadem sibi defendenda Magister  
Nomen IACOBI cui LEONHARDVS inest.  
Sceta Papistarum quæcunq; Sophismata praua,  
Obijcit, arguta diluere arte studet.  
Scripturis cõtra firmis sacra dogmata CHRISTI  
Confirmat, certa tum ratione probat.  
Ergo age si cordi tibi sit sacrosancta Synaxis,  
Et si respicias cum pietate fidem,  
Arripe uera quidem, quæcunq; ECCLESIA CHRI  
Ore pari nobis arripienda docet. (STI  
Respue falsa simul, quæ reijcienda LVTHERVS,  
Orthodoxorum contio quæq; iubet.  
Quisquis es hũc lector pie uolue reuolue libellum,  
Quem tibi IACOBI sedula cura dedit.

**CLARISSIMO,** DOCTISSIMO, HUMANISSIMOQUE uiro, Domino Ioanni Scheyringo, Patricio Magdeburgensi, Equiti aurato, uicecomiti Palatino, utriusque Iuris Doctore, Domino ac Mæcenati suo plurimum obseruando colendoque.

ΕΥΠΡΑΤΤΕΙΝ.



Vi lusus non nouit legē, ut ille ait, abstineat: illud de me dici posse, certe non inficior clarissime domine Doctor summeque Mæcenas. Minime enim decet, sed temeritatis est potius, scilicet rem aliquam, præsertim cū sit magni momenti, imparate atque irreuerenter aggredi, seu ἀνίπτοις χερσίν, ut aiunt, attrectare.

Profecto magni laboris res est, magnasque ingenij uires postulat, sacra exponere interpretarique. Quid igitur aliud sibi uult quod olim poeta Syracusanus ad Battum dixit: A 2 Batte,

Batte, caue pedibus nudis perrepere  
montem. Quippe rubis tribulisq; uiret  
mons undiq; densus, nisi hoc: ne tam te-  
mere altiora & captum nostrum excellen-  
tia tentemus aggredi. Est enim commu-  
ne prouerbiū, δὲ κώπῳ ἐλαύνει μαθόντα.

Proinde ab hoc suscepto negotio fe-  
re destitiffem, præsertim cum non igno-  
rem, ut si me meo metiar pede, quam sit  
mihi curta suppellex, Quidue ualeāt hu-  
meri mei quid ferre recusent, nisi diuer-  
sum suafisset celebris illa uirtus, Obedien-  
tia scilicet (quam diserte matrem fœlici-  
tatis appellant eruditi) qua quidem disci-  
pulos præceptoribus suis coniunctissi-  
mos esse & decet & oportet. Illa uoluit,  
illa iussit, ut præceptoris meo domino Li-  
centiato, Viro longe doctissimo atq; hu-  
manissimo, qui mihi suas Propositiones  
in negotio sacramēti corporis & sangui-  
nis Christi, contra Papisticos errores, pro  
publica disputatione, fideliter defenden-  
das tradidit, in re tam honesta tamq; lau-  
dabili morem gererem. Effet quidem ne-  
phas & plane absurdum huic uiro, cuius  
pectus natum est rebus studiosorum iu-  
uandis, Etenim Est pius Antistes, Sophia  
qui

qui dona ministrat, uel quicquam recu-  
sare. Cum igitur sciam, imo re ipsa exper-  
tus sim, quanta benignitas, quanta huma-  
nitas, quanta demum pietas sit in isto ui-  
ro, apud quem non solum ipsæ Musæ sua  
habent conuenticula, uerū etiam præsu-  
lem agit ex omni parte egregium atq; in-  
tegerimū, cui nihil antiquius est ac glo-  
ria Christi, placuit istas Propositiones nō  
solum defendendas (quanquam sint ue-  
rissimæ firmissimæq;) sed & exponendas  
siue declarandas, & tandem in publicum  
aspectum producendas, suscipere: Sperans  
istum laborem meū Iunioribus Theolo-  
gis magno usui futurum.

Deinde suasit quoq; huius rei utilitas  
& me fere impulit, ut hoc quicquid est la-  
boris lubenti animo subirem. Non enim  
me præterit conflictationem illam inge-  
niorum, quemadmodum in Disputatio-  
nibus solet fieri, a doctissimis & probatiss-  
simis quibusq; uiris ap probatum iri. Per-  
spicuum enim est simulq; manifestum,  
multum utilitatis & commodi ex illa re  
prouenire, cum scilicet eruditi homines  
de negotio literarum inter se conuersari  
ac conflictari soleant.

A

3

Præte

Præterea tradit Euangelica doctrina,  
Summum illum ac unicum magistrum  
& dominum nostrum Ihesum Christum  
sæpius disputasse.

Sedens enim in medio doctorum Ihe-  
resolymis, audiuit illos ac interrogauit  
eos: stupebant uero omnes qui cum au-  
diebant super intelligentia & responsis  
eius, eratq; annorum duodecim Lucæ. 2.  
Mathei 12, defendit discipulos suos con-  
tra Phariseos ex scripturis disputas, Non-  
ne, inquit, legistis, quid fecerit Dauid cū  
esuriret ipse, & qui cum illo erant? Ma-  
thei 22, Disputauit quoq; cum Sadducæis  
de resurrectione mortuorum, inquiens,  
Erratis, nescientes scripturas. Matthæi 4.  
Vicit tentatorem disputando ex scriptu-  
ris, cui dixit. Vade Sathanas, scriptum est  
enim, Dominum Deum tuum adorabis,  
& illi soli seruias. Quare sacra scriptura  
quoq; adhibeatur in Disputationibus.  
Tota enim sacra scriptura, quæ nobis nõ  
humano ingenio, sed diuini Spiritus af-  
flatu prodita est, quemadmodum Diuus  
Apostolus ad Timotheum scribit, ma-  
gnam habet utilitatem, uel ad docendū  
ea quæ cum periculo salutis nesciuntur,  
uel



uel ad redarguendum eos, qui repugnant  
ueritati, uel ad corrigendos & reuocan-  
dos eos in uiam qui simpliciter errāt &c.  
Porro, Iudæi disputantes cum Stephano  
non poterant resistere sapientiæ & Spiri-  
tui qui loquebatur per Stephanū Acto. 4.  
Commendatur etiam Apollo, quod fue-  
rit uir potens in scripturis, & uehementer  
conuincebat ex scripturis Iudæos, Iesum  
esse Christum, Acto: 18. legimus etiam in  
eodem loco diuum Paulum per omne  
Sabbathum in Synagoga disputasse.

Diuus Augustinus epistola 163. de  
sarcienda concordia, uult quoq; canoni-  
cos libros adesse in disputationibus, Hi-  
sychius summopere commendat dispu-  
tandi exercitium, lib. 5. cap. 16. in Leuiti-  
cum Mofi. & Augustinus lib. 3. confessi-  
onum, cap. 18.

Et hæ sunt ipsissimæ causæ, quas iam  
dixi, quæ me impulerunt, quo istas Pro-  
positiones a præceptore meo uiro omni-  
um eorum quæ ad curam Christiani gre-  
gis spectant obseruantissimo, non modo  
pro uirili defendendas, sed et exponendas  
declarandasue, & in publicum promen-  
das, susciperem, quarum ueritatem satis  
A † superq;

superq; cum ex sanctis scripturis, tum eti-  
am ex scriptis patrum in hac mea Exegefi  
declaratam manifestatamq; inueniet pius  
lector.

Ego uero cum absoluta hac Exegefi  
dispicerem, cui nam illa deberet consecra-  
tum iri, in primis tu mihi dignus uisus es,  
clarissime domine Doctor, summeq; Mæ-  
cenas, ut istæc tibi, tanquã totius literarij  
ordinis Antistiti, dicaretur. Patere igitur  
obsecro uir humanissime, celeberrimi fa-  
migeratissimiq; nominis tui titulum,  
huic libello meo, uelut facem quandam,  
prælucere.

Multæ quidem sunt causæ & piæ &  
honestæ, a quibus persuasus id facio. Pri-  
mo quidem nemini non est obuium, te  
ea eruditione & summorum studiorum  
peritia præditum esse, & ijs quoq; perspi-  
cacissimi ingenij dotibus pollere, eaq;  
demum uitæ inculpatae sanctimonia pas-  
sim commendari, ut iste libellus meus  
plane implumis, libenter in sinum tuum  
sub protectionis tuæ alis fouendus ac tu-  
randus conuolet, quo ipsum, aduersus  
Momicos quosdã homines, qui perinde  
ueteribus ac nouis solent offendi, tuo pa-  
trocinio

trocinio defensites, Scio equidem nihil  
tam circumspecte agi diciue posse, quod  
male uoli nō rapiāt in calumniā, et quod  
promptius sit cauillari quam imitari, iux  
ta prouerbium, μωμῆσεται τις μάλλον ἢ μι  
μῆσεται. Est uero in primis opus ut te ro  
gem, quatenus pro tua in me beneuolen  
tia et pietate digneris, in melius interpre  
tari, uidelicet, quod nō ueritus fuerim in  
genioli mei foeturam ad te, ceu alterum  
Roscium Theatri literarij mittere.

Deinde, multis quoq; perspicuum est,  
te propense bonis literis earumq; cultori  
bus fauere, et quod nūquam patiaris lite  
ratis tuum deesse patrocinium. Quam  
obrem publicæ famæ præconio dignus  
es, atq; ut quam diutissime agas in terris.

Postremo, ipsa honesti ratio postula  
bat, ut te aliquo literario munusculo do  
narem pro gratiarum actione. Equidem  
fateri cogor, me tibi plurimum debere  
pro tuis in me officijs, quibus certe me ti  
bi nō modo deuinctum, sed & deuinctis  
simum reddidisti. Aurū uero atq; argen  
tum, ut cum Apostolo Petro loquar, nō  
est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do.  
Accipe itaq; nūc clarissime doctissime ac  
A 5 huma

humanissime domine Doctor a me bo-  
no & pio animo, ut scies, literarium istud  
Munus, & sanctis his nostris cœptis faue.  
Quanquam de hoc non dubito, didicisti  
enim ex Homero Musarum patre, haud  
quaquã scilicet decere, donum aliquod  
reijcere, Sed magis probare. Præterea nil  
aliud sibi uult prouerbiale istud Heroi-  
cum Hemistichium, quod est, *Ζενίωμ δὲ τὸ*  
*δυσμὸς ἄριστος*, præterquam, ut exiguum  
munus a tenui amico missum, perinde ut  
maximum boni consulamus. Iamq; ua-  
leat optime foelicissimeq; tua amplitudo  
atq; dignitas, cui me totum quantus sum  
cōmendo, quam nobis diu incolumem  
seruet filius Dei uiui, ac totius humani ge-  
neris redemptor, dominus noster Iesus  
Christus, in sæcula benedictus, Amen.  
Data ex nostro *μουσεῖω*. Anno uirginei  
partus, 1 5 4 6. ipsis ferijs Trium  
Magorum Magdeburgi.

Tuæ excellentiæ ac digni:  
deditissimus

M. Leonardus Iacobi Northusi-  
anus, apud Magdeburgenses diui-  
ni uerbi Minister, in Ecclesia  
**Ydalrichiana.**

# DISPVTA

TIO AVTEM ILLA

diuisa est in tres  
partes.

Prima pars.

**H**oc agit, Quòd utraq; species Sacramenti  
ad totam Ecclesiam pertineat. Et probatur  
ex scripturis sanctis, & ex scriptis patrum.

Ex scripturis Sanctis.

**D**ominus noster Iesus Christus, Sacramen-  
tum Corporis & Sanguinis sui, in memo-  
riam suae passionis & mortis instituens, ita  
dixit. Accipite comedite, hoc est corpus meum. Et  
accepto poculo, gratijs actis, dedit illis, dicens, Bi-  
bite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus, qui est  
noui testamēti, qui pro multis effunditur, in remis-  
sionem peccatorum, hoc facite in memoriam mei.  
Matthæi 26. Marci 14. Lucæ 22. Sic quoq; D.  
Paulus Sacramentum corporis & sanguinis Chri-  
sti Corinthijs tradidit dicens, Ego enim accepi a  
Domino quod & tradidi uobis, &c. I. Corinthio-  
rum II.

Ex scriptis Patrum.

**D**iuus Augustinus in quodam loco ita dicit.  
Dum frangitur hostia, dum sanguis de cali  
c. in

ce in ora fidelium funditur, quid aliud designatur,  
quàm dominici corporis in Cruce immolatio,  
eiusq; sanguinis de latere effusio? Audis ne utramq;  
speciem, & laicos minime exclusum iri? fidelium  
dicit, hoc est, omnium Christianorum, non tantum  
sacrificorum.

Papa Gelasius quibusdam Episcopis scribens  
illis præcepit, ut omnes anathematizent, qui accep=  
to corpore Christi à communione calicis abstine=  
ant. Et in quodam Canone, aut integrum, inquit,  
Sacramentum percipiant, aut ab integris arcean=  
tur, quia diuisio unius eiusdemq; mysterij, sine  
grandi sacrilegio fieri non potest.

Imperator Theodosius Sacramentum corpo=  
ris & sanguinis Christi sibi porrigi ab Ambrosio  
Episcopo postulans, laicus fuit, non sacrificus, ut  
legimus in Tripartita historia lib. 9. cap. 30. pa=  
tet igitur in primitiua Ecclesia & laicos bina Sa=  
cramenti specie usos fuisse. Hoc uero negat Eccius  
maximus ille scortator, et dicit, in primitiua Eccl=  
sia fuisse morem porrigendi unam tantum partem  
Sacramenti. Christus non superflue sumitur sub  
utraq; specie. Nam species panis ad carnem, &  
species uini ad animam refertur. Iamq; sumitur  
sub utraq; specie ad significandum, quòd Christus  
utrumq; assumpsit, carnem & animam, & quòd  
tam animæ quàm corpori participatio ualeat, unde  
si sub

si sub una tantum specie sumeretur, ad tuitionem  
alterius tantum ualere significaretur. Lege Cypri-  
anum in quadam Epistola ad Cornelium Papam,  
de coena Domini. Hieronymum in tertium caput  
Zephaniae Prophetæ.

Hanc inquam Christi institutionem & man-  
datum de utraq; specie Sacramenti, pessimus ille ne-  
bulo & summus blasphemus Ioannes Dietenbergi-  
us in suo phimostomo scripturatiorem (is enim est  
titulus libri) ausus est uocare pestilentissimam ac  
olim sepultam terq; damnatam hæresim, quæ sit  
contra catholicæ Ecclesiæ sanctionem. Asserit  
quoq; ipsam manifestè repugnare Scripturæ, fi-  
guræ, naturæ, Ecclesiæ, consuetudini religiose ap-  
probata, attestationi sanctorum, sanctioni canonum,  
Christianissimorum doctorum intentioni, Christi  
uoluntati, Christianæ unitati, fraternæq; Charita-  
ti, et quòd demum de hac nihil certi statuerit scrip-  
tura.

Est ne hæc apertissima atq; horribilissima  
blasphemia contra institutionem & mandatum  
Christi? Accipite, comedite et bibite. Verba sūt ue-  
ra, nuda & simplicia, sicuti Christus simplex est ac  
uerax, quem solum audiendum pater de cœlis reli-  
giosè præcepit dicens, ipsum audite. Proinde sine  
ulla contraditiõe uerbis istis parendum est simulq;  
credendum. Cœlum & terra præteribunt, uerba  
autem

autem mea non præteribunt, dicit Christus Mat<sup>h</sup>  
hei. 24.

Hæc q̄; pro summa primæ partis in hac dispu-  
tatione dicta sunt. Nunc ipsas propositiones ag-  
grediens, ordine eas explicabo.

Continet uero hæc prima pars  
Viginti octo propo-  
sitiones.



## I.

**S**umma est contumelia in institutio-  
nem & mandatum Christi, & sacri-  
lega iniuria contra Ecclesiam Dei uiuen-  
tis, spoliare Ecclesiam calice Christi, qui  
testamentum Christi est in Sanguine ip-  
sius.

Propositionem hanc firmam ueramq; esse,  
ostendit epistola ad hebraeos cap. 9. his uerbis.

Christus per proprium sanguinem ingressus  
est semel in sancta, æterna redemptione reperta,  
hoc est, quandoquidem Christus uerus agnus sine  
macula ad confirmandum nouum testamētū mor-  
tuus est in proprio sanguine: hīc docemur, quid  
nobis in illo, in quo omnia promissa durant sine fi-  
ne, testatum sit, æterna nimirum redemptio, id est,  
remissio peccatorum, quemadmodum ipse Christus  
inquit, Matthæi. 26. Hic est calix noui testamenti  
in meo sanguine, qui pro uobis & pro multis ef-  
funditur in remissionem peccatorum. Cæterum  
hoc proprium est Dei, omnibus promissionibus  
signum quoddam ac symbolum fidei adijcere. Sic  
Noah pro signo arcum dedit, Gene. 9. Gedeoni  
pluuiam super totam regionem, & super uellus.  
Iudicum 7. Ita quoq; Christus nouum hoc testamen-  
tum, sigillo multo certissimo, propria nempe carne  
& proprio sanguine, sub specie panis & uini, ob-  
signauit. Et illud

Et illud silentio prætereundum esse minimè  
censeo, postquam hic facta est mentio testamenti, ut  
sciatur quoq; quot ad uerum testamentum confir-  
mandum solent requiri, nempe tria, Testator, Hæ-  
redes & Sigillum. Est enim testamentum, ultima  
illa & irreuocabilis uoluntas morientis, qua bo-  
norum suorum hæredes instituit, Sic testamentum  
Christi sunt ipsius uerba, cum ait, Hoc est corpus  
meum. Hic est sanguis meus. Hinc patet ipsum Ie-  
sum Christum noui testamenti esse testatorem, au-  
thorem, & dominum. Hæredes autem omnes Chri-  
stiani sunt qui credunt in nomine eius. Sigillum de-  
niq; est Sacramentum corporis ipsius, quod uiuit  
sub specie panis, & sanguinis, qui uiuit sub specie  
uini.

Quare optimè dixit, Summam esse contume-  
liam in institutionem Christi, Ecclesiã calice Chri-  
sti spoliare. Minimè quidem licet hominibus muta-  
re seu abolere ritum à Christo institutum, ut Me-  
lanthon inquit, qui duas causas recēset, cur aduer-  
sarij nolunt integrum usum sacramenti restitui.  
Quarum prior est illa, Volunt amplificare autho-  
ritatem pontificum ac Episcoporum, & res diui-  
nitas institutas mutandi, nouos cultus & noua dog-  
mata condendi, potestatem illis tribui. Posterior  
hæc est, Vident ueram doctrinam de usu Sacramē-  
torum pugnare cum abusibus Missarum, hanc autē  
quoquo modo obruere conantur. Hæc

Hac uerò argumentatione probat ueram esse istanc propositionem, Inquiens.

Cum testamentum hominis nemo mutare debeat, multo minus testamentum Dei mutandum est, ut Paulus ad Galatas 3. cap. inquit.

Cæna domini est proprium noui testamenti Sacramentum, ut Christus inquit, Hic est calix noui testamenti.

Ergo nemini licet aut licuit hanc ordinationem mutare, aut partem abolere.

Nihil firmi, inquit, contra hoc argumentum dici potest, constat enim Christum sic instituisse ritum, ut utantur omnes p̄ij, Sacerdotes et Laici, utraq; parte Sacramenti, De calice enim nominatim dicitur, bibite ex hoc omnes. Addita est uniuersalis, ut sciamus nullum membrum Ecclesie excludi.

Et Paulus disertè dicit, à Domino accepi, quod tradidi uobis. Iussit autem totam Ecclesiam integro Sacramento uti, ut tota narratio testatur, I. Corinthiorum. II. probet seipsum homo, & sic de hoc pane edat, & de calice bibat. **Es sein die Laien je keine Wolffe/ sondern so wol Menschen als die Mespfaffen.**

Porro aliquid instituere contra mandatum diuinum, est peccatum. Spoliare Ecclesiam calice Christi pugnat cum mandato diuino, ergo Spoliare Ecclesiam Christi calice, uel ut uocamus, prohibere

bere alteram partem Sacramenti, est peccatum.

Maiores est uera. Ita enim diuus Paulus ad Galatas inquit, cap. primo. Si quis angelus è cælo uobis prædicarit Euangeliũ, diuersum ab eo, quod à nobis prædicatum est, non solum non audiatur, uerumetiam execrabilis & abominandus habeatur uobis. Proinde Salomon Prouerbiorum 30. ita dicit. Omnis sermo Dei purgatus est, et clypeus ijs, qui fidunt eo: Ne addas sermonibus eius, ne te obiuiget, tuq; mendax depræhendaris. Et Ioannes in Apocalypsi, cap. 22. Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illũ plagas scriptas in libro isto, & si quis diminuerit de uerbis libri Prophetiæ huius, auferet Deus partem eius è libro uitæ, & à ciuitate sancta, & ex his quæ scripta sunt in libro isto.

Euangelium quippe nemini cedit, sed continetur certis suis terminis, Quare omniũ pontificũ ac Episcoporum mandatis & scriptis ita debet præponi, ut de illo dubitari ac disceptari omnino non possit, utrum uerum uel utrum rectum sit, quod in ipso scriptum esse constiterit, ut inquit diuus Augustinus lib. 2. de baptismo, contra Donatistas. Lege eundem lib. 1. cap. 19. de Vnitate Ecclesiæ. Lib. 22. cap. 17. de Expoliatis Egiptijs, cõtra Faustum Manicheum, dicit Diuinis imperijs credendum obtemperando, non resistendum est disputando, Quis enim

eam cognouit sensum Domini, ut Apostolus inquit,  
aut quis fuit eius consiliarius?

Pulchrè demum concludit Origenes Homilia  
7. in Ezechielem, dicens. Nullum imitemur, et si  
uolumus imitari quempiam, propositus est nobis ad  
imitandum Iesus Christus. Descripti sunt actus  
Apostolorum: & Prophetarum gesta ex sacris uo-  
luminiibus agnoscimus, illud exemplar firmum est,  
illud propositum solidum, quod qui sequi cupit,  
ingreditur securus.

Minor quoque uera est, Christus clarè dixit si-  
mul ac iussit, Accipere, Comedere suum corpus, &  
Bibere suum sanguinem. Et Paulus, Probet seip-  
sum homo, inquit, & sic de hoc pane edat, & de  
hoc calice bibat. etc. Peccant igitur, ut noster Phi-  
lippus dicit, qui ab ea forma discedunt.

Aduersarij apponunt, liberum esse integro  
Sacramèto uti uel parte, Quandoquidem idem iu-  
ris sit, de toto & parte. Cum autem liberum sit  
prorsus abstinere à Sacramento, ergo liberum quoque  
sit & parte tantum uti. Ad istud argumentum ad-  
uersariorum satis disertè noster Philippus respon-  
det, inquiens, Etiam si esset liberum, prorsus à Sacra-  
mento abstinere, tamen cum utimur, necesse est ut  
integro Sacramento utamur, quia partes non sunt  
separabiles. Et hoc ipsum ostendi supra ex uerbis

2  
Helasij, qui huiusmodi diuisionē Sacrilegiū uocat.  
Præterea nō licet mutare diuinum testamentum, ut  
supra est ostensum. Christus dicit, Prius transire  
coelum & terram, quàm iota unum aut apicem ex  
lege. Matthæi. 24. Marci. 13. Lucæ. 21. Non enim  
potest solui scriptura, Ioannis 10. Lege Augustinū  
lib. 18. cap. 4. & lib. 10. cap. 7. & 17. de ciuitate  
Dei: & in libro de utilitate credendi cap. 5. ad  
Honoratum contra Manichæos. & lib. 6. confessi-  
onū cap. 5. de authoritate sacrorū librorū et lib. 1.  
cap. 22. de meritis peccatorum. Lege etiam Orige-  
nem, homilia 7. super Icsaiam Prophetam.

Porro, non liberum est abstinere à toto Sacra-  
mento, sed mandatum Christi de usu Sacramenti  
pertinet ad omnes adultos, qui sunt Membra cœtus  
Ecclesiæ. Et Paulus expresse inquit, Quoties co-  
medetis panem hunc, et ex poculo hoc bibetis, mor-  
tem Domini annunciate donec ueniet: Et ex illo  
adparet, cōseruari oportere, usq; ad finem mundi,  
hunc ritum. Nos nihil moramur pontifices ac Epi-  
scopos diuersum præcepisse, quippe impar est au-  
thoritas sacræ scripturæ ac humanæ, ut hoc planè  
testatur diuus Augustinus, lib. 11. cap. 5. contra  
Faustum Manichæum. lib. 2. cap. 4. contra ad-  
uersarium legis ac Prophetarum.

Scripturæ enim sacræ prima fides debetur,  
Quare in omnibus illi credendū est ac cedendum,  
ut ex

ut ex Luca cap. 16. adparet, de diuite & Lazaro. Lege Chrysostomum, Homilia 13 in secundum caput Genesios. & Homilia 21 in quintum caput Gene. Augustinum lib. 12. confessionum, cap. 10. & lib. 3. cap. 26. & 28. de doctrina Christiana.

Sic quoq; argumentantur Papistæ. Euangelium concedit libertatem in cæremonijs, ut in Euangelio legimus, Regnum dei non uenisse cum obseruatione. Ergo licet & in hac Cæremonia ista libertate uti. Ad istud argumentum ita respondet noster Philippus. Euangelium non concedit libertatem docendi contra mandatum Dei, Abolere autem seu prohibere ullam partem Sacramenti, est contra mandatum diuinum, ut Paulus ad Galatas primo testatur, ac etiam ipsemet Christus Matthæi 24, cum dicit. Cælum & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt, Ergo eiusmodi libertate uti, est contra Euangelium Christi. Euangelium enim maximè præcipit conseruari ministerium, quod consistit in doctrina & Sacramentorum administratione. Præterea, Euangelica libertas liberat pios à Leuiticis cæremonijs, et ab humanis traditionibus.

Et nostro Philippo succurrit in hoc diuus Augustinus epistola 48. ad Vincentium Donatistam, inquit. Noli, mi frater, contra diuina, tam multa, tam clara, tam indubitata testimonia, colligere

B 3

uolle

uelle calumnias ex Episcoporum scriptis, siue no-  
strorum, Quia hoc genus literarum ab authoritate  
Canonis est distinguendum: Non enim sic leguntur  
tanquam ita ex eis profetatur testimonium, ut con-  
tra sentire non liceat, si fortè aliter sapuerint,  
quàm ueritas postulat. In eo quippe numero su-  
mus, ut non dedignemur etiam nobis dictum ab  
Apostolo accipere, Et si quid aliter sapitis, id  
quoq; Deus uobis reuelabit. Veruntamē in id quod  
peruenimus, in eo ambulemus, in illa uia scilicet  
quæ est Christus.

Quæ uerò extant in scripturis de fractione  
panis, nec satis cōstat an Institutionem Sacramen-  
ti significant, aut de Sacramento loquantur. Nam  
fractio panis secundum Hebraicam consuetudinem  
significat conuiuium, iuxta illud Esaie cap. 58.  
Frange esurienti panem tuū, id est, ei impertias de  
panibus. Si uero de cena domini textus loquitur,  
quod non adeo negamus, tunc totum conuiuium  
significat, Complectitur ergo et potum.

Obijciunt et in hunc modum peruersi sophi-  
stæ, scilicet. In pane datur uiuum corpus, ergo san-  
guis simul datur, Quod cum ita sit, satis est accipe-  
te unam partem, Quia de æquivalentibus non est  
mouenda controuersia, Et ad istud obiectum sic  
respondet noster Philippus, dicens. Propter huma-  
nas cogitationes non uiolandum est mandatum  
Dei,



Dei, Deus enim uult conseruari ministerium, Pote st  
sine aqua impartire Spiritum sanctū in baptismo,  
sed uult adhiberi signum externum. Voluit etiam  
ob id distincta esse symbola Corporis et Sanguinis,  
ut fusi Sanguinis recordatio celebretur. Proinde  
prohibere calicem dari populo, idem est, quod de=  
lere doctrinam ueram de sanguine Christi abluen=  
te peccata hominum, de remissione peccatorum, &  
de fide. Ideo retineamus morem à Christo institu=  
tum, & sciamus, Christum adesse suo ministerio, et  
per id efficacem esse.

Nunc in harenam descendam cum Dietenber=  
gio blasphemo illo, quem non pudet impudentissi=  
mè mentiri, & apertæ ueritati summa temeritate  
resistere, ait enim, Impiam illā & falsam doctrinā,  
quæ est, quòd altera species Sacramenti, panis scili=  
cet, Laicis sufficiat, fundatam esse supra firmam  
petram, & propterea fortissimum habere funda=  
mentum, nimirum, Christi Euangelium, Christi be=  
neplacitum, Christi praxim & exemplum, Aposto=  
licum testimonium, Ecclesiæ generalis consensum,  
& statutum uniuersale. **Heist das nicht vn=  
uerschempt gelogen?** Christus instituit Sacra=  
mentum sui Corporis et Sanguinis sub utraq; spe=  
cie, non ut ipsi soli comedant & bibant, sed alijs  
quoq; distribuant: quod factū est, ut ex Paulo dis=  
cimus. Seruarunt quoq; istam institutionem patres,

ut ex illorum scriptis clarè patet. Pro uobis tantū  
dixisset, non pro multis, si ista institutio Sacra-  
menti tantum pro Apostolis & sacrificulis facta  
fuiſſet, cum tamen in Marco cap. 13. apertè dicat,  
Cæterum quæ dico uobis, omnibus dico. et propte-  
rea diuus Paulus inquit ad Romanos ca. 15. Quæ-  
cunq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta  
sunt ut per patientiam et consolationem scriptura-  
rum, spem habeamus.

Ioannis Dietenbergij uerba hæc sunt. In Euan-  
gelio Dominus Christus, cū de hoc diuinissimo Sa-  
cramento sermonem faceret, prorsus, nūquam spe-  
ciei calicis, aut uini meminit. Speciem uero panis  
crebrius repetens expressit, et, panem manducanti-  
bus, uitam æternam promisit, id quod neuiquam  
fecisset, si panis manducatio non ad salutem effe-  
cisset. Qui enim præstaret uitam æternam panis  
manducatus, si saluti haud sufficeret? Inde dicit.  
panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi ui-  
ta. Si quis manducauerit ex hoc pane, non morie-  
tur in æternum, Nam qui manducat me, uiuet pro-  
pter me, & uiuet in æternum. (desumpta sunt illa  
ex capite 6. Ioannis) Hoc ergo Christi beneplacia-  
tum est, ut manducans panem, habeat quod ad salu-  
tem sufficit, atq; uiuat in æternum. Oportet ergo,  
aut non esse de necessitate salutis utramq; speciem,  
aut Christum, primam et summam ueritatem, haud  
uerum

uerum dixisse, cum inquit, Qui manducat hūc panem, uiuet in æternum. Simul stare non possunt, ex manducato pane habere uitam æternam, & panem manducatum non sufficere ad salutem. Si quis ex manducato pane uiuet in æternum, nihil sibi necessarium ad æternam uitam deficit, Habet ergo, quod ad salutem sufficit. Hæc ille. Ego uero ad istas cauillationes Dietenbergianas, quibus Christi uerba fædare studuit, ita respondeo. Christus Dominus noster in hoc sexto capite Ioannis non loquitur de Sacramento corporis & sanguinis sui, sed de manducatione spiritali, quæ est, Credere, Christum uerum Deum & hominem, preciosum sanguinem suum pro peccatis totius mundi, in ara Crucis fudisse. Panis enim qui de cælo descendit, est uerbum sanctificans. Ego sum panis uitæ, id est, uiuificans. Quemadmodū in quarto capite Ioannis, loquens cum muliere Samaritana, quæ uenerat haurire aquam ex puteo Iacob, dicit se esse aquam uiuam &c. Permulti sunt, qui non manducarunt corpus dominicum, & non biberunt sanguinem eius, tamen sunt saluati, ut adparet de infantibus, qui statim post baptismū ex hac uita migrant, Econtra permulti sunt, qui sæpius ad sacramentū uæxi accessere, de quorum salute plurimum dubitatur, de quibus diuus Paulus inquit, I. Corinth. II. Qui edit & bibit indignè, iudicium sibi ipsi edit

B   S   & bibit

et bibit, et reus erit corporis et sanguinis Domini. Augustinus super 6. caput Ioannis tractatu 26. Quidam sumunt ad uitam, quidam ad exitum.

Manducare est idem quod credere, ut ipsemet inquit, Qui credit in me, habet uitam. Si quis manducauerit, id est, crediderit ex corde, uiuet in aeternum. Plura lege apud Philippum in suis Annotationibus super sextum caput Ioannis. Lege quoque Theophylactum super idem caput. Augustinus super 6. caput Ioannis tractatu 25. ubi Christus ait, Operamini cibum qui non perit, sed qui permanet in uitam aeternam, quem filius hominis dabit uobis, hunc enim pater consignauit, Deus. Dixerunt ergo ad eum, quid facimus ut operemur opera dei? Respondet Iesus et dixit eis. Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille. Hoc est ergo manducare, inquit Augustinus, cibum non qui perit, sed qui permanet in uitam aeternam. Ut quid paradescentes et uentrem? Crede et manducauisti. Ego sum panis uitae, qui uenit ad me, non esuriet, et qui credit in me, non sitiet unquam. Haec uerba Christus locutus est antequam institueret Sacramentum corporis et sanguinis sui: et significatur utroque illa aeterna satietas, ubi nulla est egestas, Panem de caelo desideratis, ante uos habetis et non manducatis et, panis ille, est ipsum uerbum Dei. Tractatu 26. Credere in eum, inquit, est manducare panem uiuum. Hic

Hic est panis ille de caelo descendens, ut ex ipso edat aliquis, & non moriatur. Sed qui pertinet ad uirtutem Sacramenti, non qui pertinet ad uisibile Sacramentum: qui manducat intus, non foris: qui manducat in corde, non qui premit dente. Haecq; sunt clara uerba Augustini, quae spiritalem manducationem, de qua in hoc capite agitur, designant: unde in tractatu 27. dicit, Mystica sunt haec uerba, quibus Christus nos docuit et admonuit, ut simus in eius corpore sub ipso capite in membris eius, edentes carnem eius, non relinquentes unitatem eius, Quia Christus est uiuus, uerbum, anima & caro. Unus est Christus, filius Dei & filius hominis, Unus Christus, filius Dei semper, filius hominis ex tempore. etc.

## II.

Vti enim utraq; parte uel specie Sacramenti, consentaneum est ordinationi & mandato Christi, & uerbis Pauli.

Papistae in hoc negotio sunt sibi metipsis contrarij. Contra semetipsos & legunt & canunt. Celebrantes enim festum corporis Christi, ut uocant, ab Urbano eius nominis quarto institutum, ad cuius petitionem Thomas Aquinas istum hymnum composuit, qui à Papistis adhuc retinetur.

Pange

Pange lingua gloriosi  
Corporis mysterium  
Sanguinisq; preciosi,  
Quem in mundi pretium,  
Fructus uentris generosi,  
Rex effudit gentium.

Hic fatentur Christum sanguinem suum pro peccatis totius mundi effudisse, quemadmodum multis in locis scriptura docet: Nihilominus tamen pergunt idolatricis suis Missis offerre pro peccatis hominum, in contumeliam meriti Christi.

Est autem huius hymni quartus uersus is,  
Verbum caro panem uerum.

Verbo carnem efficit.

Fitq; sanguis Christi merum

Etsi sensus deficit,

Ad firmandum cor syncerum.

Sola fides sufficit.

Verbum caro, id est, filius Dei uiui, qui pro nobis est caro factus, Ioan. primo. Is uerum panem efficit carnem, quia id, quod ante benedictionem seu consecrationem uerus fuit panis, conuertitur in suam carnem & sanctissimum corpus, illud autem uerbo efficit, dicens, Hoc est corpus meum.

Merum id est, uinum, itidem fit sanguis Christi, etiam uerbo, scilicet, Hic est calix sanguinis mei, qui pro uobis & pro multis effunditur, in remissionem peccatorum.

Compo

Composuit quoq; alium hymnum, qui inter ceteros uersus illos habet.

Noctis recolitur cæna nouissima,

Qua Christus creditur agnum & azyma,

Dedisse fratribus, iuxta legitima,

Priscis indulta patribus.

Indulta, pro eo quod est, data uel tradita, secundum Iuuenalem.

Omnes credentes sunt Christi fratres, sorores & matres: Hæredes Dei, & cohæredes Christi, ut ex Euangelio discimus.

Alius uersus.

Post agnum Typicum expletis epulis,

Corpus dominicum datum discipulis.

(Sic totum omnibus, quot totum singulis)

Eius fatemur manibus.

Agnus ille paschalis in ueteri testamento fuit typus & representatio ueri istius agni, qui pro totius mundi salute in ara crucis est immolatus, Nempe Dominus noster Iesus Christus, de quo S. Ioannes baptista, præcursor domini, ita dixit, Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.

Alius uersus.

Dedit fragilibus corporis ferculum,

Dedit & tristibus sanguinis poculum.

Dicens, Accipite quod trado uasculum,

Omnes ex eo bibite.

Alius

*Alius uersus.*

*Sic Sacrificium istud instituit,  
Cuius officium committi uoluit  
Solis præsbyteris, quibus sic congruit,  
Ut sumant & dent cæteris.*

*Hinc Paulus dixit, quod accepi à domino, Hoc &  
tradidi uobis.*

*Postremo & is quoq; Hymnus, Verbum supera-  
num prodiens. Clare & apertè indicat, duplicem  
speciem Sacramenti à Christo esse institutam, ut in-  
ter cæteros uersus, Hi duo, nempe secundus & ter-  
tius testantur. Est uero is secundus.*

*In mortem à discipulo,*

*Suis tradendus æmulis:*

*Prius, In uitæ ferculo,*

*Se tradidit discipulis.*

*Tertius is est.*

*Quibus sub bina specie,*

*Carnem dedit & sanguinem.*

*Ut duplicis substantiæ,*

*Totum cibaret hominem.*

*Et ex illo uersu discimus, quæ sit ratio, ob quam  
dominus noster Iesus Christus Sacramentum corpo-  
ris & sanguinis sui, sub duplici specie instituit,  
Panis et uini scilicet, ut totum hominem, qui ex du-  
plici substantia, utpote corpore & anima, compo-  
situs est, reficeret ac sanaret. Præterea ut memoria*

*Dominicæ*



dominicæ passionis & mortis expressius nobis in  
hoc mysterio representaretur, in quo & eius sa-  
crum corpus oblatum est, et sanguis pro nobis cor-  
pore effusus.

Demum quoq; ut corporis mystici similitudi-  
nem, illa materialia signa nobis apertius indica-  
rent, in quo multa membra, ad unum caput Chri-  
stum, inter se charitate coalescunt, Sicut ex multis  
granis tritici conficitur panis, & ex multis acimis  
racemisq; uitis, confluit uinum. Sicuti Paulus dicit  
1. Corinth. 10. poculum benedictionis, cui benedi-  
cimus, nonne communicatio sanguinis Christi est?  
panis quem frangimus, nonne communicatio cor-  
poris Christi est? quoniam unus panis, unum corpus  
multi sumus, Nam omnes ex eodem pane partici-  
pamus.

### III.

Imo præceptum est Christi, quod ui-  
olare nemini licet Christiano, uti utraq;  
parte Sacramenti, iuxta illa uerba Christi  
& Apostolica: Accipite, comedite, hoc est  
corpus meum: Et rursus de Calice: Acci-  
pите, bibite ex hoc omnes, hic est Sanguis.  
Et diserte additur tam de Corpore quam  
de Sanguine: Hoc facite.

Thomas Aquinâs composuit quandam profam.  
de Sa

de Sacramento altaris, in qua eruditè & uerè exa-  
ponit institutionem Sacramenti altaris sub utraq;  
specie, & hanc sedulo canunt Papistæ in suis missis,  
uerum non tenent, neq; etiam credunt quæ canunt.  
Huius autem prose nonus uersus is est.

Quod in cæna Christus gessit,  
Faciendum hoc expressit  
In sui memoriam.

Decimus is est.

Docti sacris institutis,  
Panem uinum in salutis  
Consecramus hostiam,

Vndecimus uersus.

Dogma datur Christianis,  
Quod in carnem transit panis  
Et uinum in sanguinem.

Versus decimus quartus.

Caro cibus, sanguis potus,  
Manet tamen Christus totus  
Sub utraq; specie.

Hæc sunt clara uerba, quæ aptissimè conueniunt  
cum institutione Christi.

Versus decimus sextus,  
Sumit unus, sumunt mille,  
Quantum isti, tantum ille,  
Nec sumptus consumitur.

Huius

Hunc uersum rudes illi asini nou intelligunt  
uel intelligere uolūt, scilicet, quòd institutio Sacra-  
menti ad totam Ecclesiam pertineat, & quòd Laici  
nullo modo communionē calicis debeant priuari,  
Sumūt mille inquit textus: Christus uero duodecim  
Apostolos tantum habuit, cum quibus cenam suam  
celebrauit, Ergo illa institutio cenæ non tantum  
pro Apostolis, sed pro toto Christianorū cætu est  
facta. Iussit autem illos ut hoc facerent in sui me-  
moriā, Sed desierunt ante plures annos esse in-  
ter uiuos, Ergo nō opus est ultra meminisse passio-  
nis & mortis Domini nostri Iesu Christi? absit. Ec-  
ce, tam ineptè tam insulsè, tamq; indoctè solent  
Papistæ argumentari. Ipsi namq; nihil didicerunt  
propterquam deprauare scripturas, et à uera doc-  
trina Christi rescidere, ut ipsorum uerba & facta  
satis demonstrant. Verum, uidebunt tandem in  
quem pupugerunt.

### III.

Non humana, Sed solius Christi au-  
thoritate, tota Ecclesia utitur utraq; parte  
Sacramenti.

Sufficit nobis, Christi simul ac eius uerbi au-  
thoritas, Quandoquidem Christi uerbū, ut est Sa-  
cra scriptura, in se continet, quicquid necessarium  
nobis

nobis est ad salutem animarum nostrarum, ut testata est mulier illa Samaritana Ioannis 4. dicens, Scio, quod Messias uenturus est, qui dicitur Christus. Cum ergo uenerit ille, nobis nunciabit omnia. Idem hoc affirmat Scriptura in multis locis. Itaque nihil moramur auctoritatem Papae, Episcoporum, & aliorum huius seculi hominum, qui nobiscum contendunt in re Sacramentaria, & aduersantur fidei & confessioni nostrae, qua pie & recte credimus atque fatemur, propter haec Christi uerba, Accipite & comedite, hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus, Et ob hanc institutionem, Hoc facite mei commemorationem, in cena dominica, uerum Christi corpus manducari, & uerum eius sanguinem, pro nobis in cruce effusum, bibi.

Et in illo nobis subueniunt patres, qui plane affirmant, electa esse ac scripta quae nostrae saluti sufficiunt, ut testis est Augustinus super II. caput Ioannis, tractatu. 49. Quicquid quaeritur ad salutem, totum iam impletum est in scripturis, qui ignarus est, inueniet ibi quod discat. Haec Chrysostomus homilia 41. in 22. caput Matthaei. Lege Cyprianum in sermone de baptismo Christi.

Deus Pater caelestis praecipit audiri filium suum, & non Papam aut bullatos monachos, Huic debetur summa et sola auctoritas, ut omne id, quod extra hunc Christum & eius uerbum praedicatur

catur atq; docetur, etiamsi hoc Angelus e caelo fa-  
ceret, anathema sit, ut diuus Paulus 1. ad Galatas  
inquit. Quare uetat diuus Iohannes, ne quorum-  
cuq; doctrinis aures accommodemus, Neq; in domu  
nostram admittendus qui extra uerbum Dei quic-  
quam adfert: Est enim error, quicquid contra sa-  
cram scripturam decernitur, ut diuus Chryso-  
stomus inquit, Nam nugis hominum non attendendu,  
sed doctrinae Spiritus sancti. Est autem Spiritus  
sancti doctrina, quae canonicis libris est prodita, ut  
diuus Hieronimus inquit. Canonici uero libri, scili-  
cet, Euangelium Matthaei cap. 26. Marci. 14. Lucae  
22. & Epistola diui Pauli prima ad Corinthios  
cap. 11. aperte & clare ostendunt, Christum, Sa-  
cramentum corporis & sanguinis sui, pro tota Ec-  
clesia instituisse. Proinde mere sunt nugae, et ipsi-  
sime blasphemiae, quicquid impia Papistarum tur-  
ba contra hanc Christi institutionem profert.

Plura de hac re inuenies apud Cyrillum lib. 1.  
cap. 4. super 1. caput Ioannis. Lege Cyprianum  
ad Pompeianum contra epistolam Stephani. Au-  
gustinum lib. 2. cap. 3. contra Donatistas. &  
libro 1. cap. 7. de moribus Ecclesiae catholicae.  
Hysychium lib. 5. cap. 16. in Leuiticum Mosi. Pa-  
normitanus quoq; dixit, Papam non posse aliquid  
disponere contra Euangelium Christi, Panor/  
mitane/wer hat dir das befollen/das  
C 2 DU

Du also öffentlich wider die bespöttliche  
authoritet reden darffst?

Hieronimus super Psalmum 86. dicit, scrip-  
turam omnibus esse datam, ut omnes populi intel-  
ligant, & Apostolos uniuerso populo scripsisse.  
Hæc sunt clara uerba Hieronymi, quæ satis osten-  
dunt, ad nos quoq; pertinere institutionem Sacra-  
menti Corporis & Sanguinis Christi, & tandem  
quicquid Christus fecerit ac docuerit: & non ad  
solos sacrificos, qui inepte garrunt & fabulan-  
tur, nõ oportere Laicos, uerba testamenti, scilicet,  
hoc est Corpus meum, & hic est Calix noui testa-  
menti, in meo sanguine, scire, multo minus ea pro-  
ferre. Lege quoq; Tertullianum in libro de præ-  
scriptione aduersus Hæreticos. Cyprianus lib. 2.  
epistolarum, Epistola 3. ad Coelium. Quandoqui-  
dem, inquit, solus Christus audiendus est, non debe-  
mus attendere quid aliquis ante nos faciendum  
putauerit, sed, quid prior Christus, qui ante omnes  
est, fecerit. Nihil enim hominis consuetudinem  
sequi oportet, sed Dei ueritatem, cum per Esaiam  
Prophetam Deus loquatur & dicat. Sine causa  
autem colunt me, mandata & doctrinas hominum  
docentes, De hoc quoq; ad collegas nostros literas  
dirigamus, ut ubiq; lex Euangelica & dominica  
traditio seruetur, & ab eo, quod Christus docuit  
& fecit non recedatur. Subiungit uero illa. Dum  
quis

quis de Euāgelica ueritate furatur Domini nostri  
uerba & facta, et corrumpit et adulterat præcep=  
ta diuina, nec terrena. Sed spiritalia furta &  
adulteria committit, uti fecerunt Papa & Mo=  
nachi, pessimi illi fures, adulteri, & sacrilegi.  
Quandoquidem enim sacerdotes Dei & Christi  
sumus, non inuenio quem magis sequi debeamus  
quàm Deum & Christum, cum ipse in Euangelio  
maximè dicat. Ego sum lux mundi, qui me secutus  
fuerit, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumē  
uitæ. Ne ergo in tenebris ambulemus, Christum  
sequi et præcepta eius obseruare debemus, qui ipse  
dixit, Datam sibi esse potestatem in cælo & in  
terra. Hæc ille.

V.

Pro tota namq; Ecclesia sua Christus  
utramq; Sacramenti partem instituit.

Hæc propositio ex prædictis satis est declara=  
ta & probata, Quare nõ opus habet ulteriori ex=  
positione.

Verum contra hanc sic argumentantur So=  
phistæ.

Ecclesia propter aliquam grauem causam  
mutare potest aliquid in ritu Sacramentorum.  
Multæ autem causæ probabiles concurrunt, quare  
profic



prosit adimere unam partem Laicis, ut maior sit reuerentia Sacramenti: facile enim destillaret aliquid ex calice in terram. Item uinum accescit, quare pars altera uino consecrata conseruari non posset. Ergo uidetur Ecclesiam potuisse propter illas causas aliquid mutare.

Ad hanc argumentationem ita respondet Philippus negans maiorem, & dicit, Ecclesia propter nullam causam potest mutare mandata Dei iuxta illud Paulinum, Si quis aliud Euangeliū docebit, anathema sit, ad Galatas i. Sacramentum est, id quod homini in Ecclesia porrigitur, non id quod rodunt mures, aut quod destillat: Nam Sacramenta sunt ipsæ actiones, directæ ad eum finem ad quem institutæ sunt. Ergo hæc ficticia pericula non possunt excusare prohibitionem alterius Speciei.

Meum uero responsum ad istud argumentum hoc esto. Christus est Caput Ecclesiæ, & non Ecclesia Christi caput, sed eius corpus, Ergo nõ potest Ecclesia aliquid mutare aut inuertere, quod Christus antea per suum uerbū instituit atq; mandauit.

Quod autem Ecclesia corpus à singulis hominibus tanquam membris compositum, saluator uero caput sit, Paulus ostendit ad Ephesios 4. & 5. ubi ait, Quoniam uir est caput uxoris, quemadmodum & Christus est caput Ecclesiæ.

Potes



Potest etiam istud antecedens probari ex scrip-  
tis patrum, Sic enim ait diuus Augustinus Epistola  
20. ad Bonifacium comitem, de moderatè coher-  
cendis hæreticis. Proinde Ecclesia Catholica sola  
corpus Christi est, cuius ille caput est, saluator cor-  
poris sui: Extra hoc corp9 neminem uiuificat Spi-  
ritus sanctus. Lege eundem Epistola 57. ad Dar-  
danum. Lege Cyrillum, lib. II. cap. 26. in 17. caput  
Ioannis. Nescitis, inquit diuus Paulus 1. Corinth. 6.  
quòd corpora uestra membra sunt Christi?

Porro sic quoq; argumentantur sophistæ.

Scriptum est in libro Prouerbiorum Salomo-  
nis cap. 22. Ne transgrediaris terminos antiquos  
quos posuerunt patres tui: Est uero uetus consue-  
tudo, quòd altera tantum species Laicis in Ecclesia  
porrecta sit iuxta institutionem & mandatum pa-  
trum, utpote pontificum, Episcoporum, et reliquo-  
rum piorum hominum, & quorundam deniq; con-  
ciliarum, Ergo merito talis cōsuetudo est sequenda  
ac tenenda, Nephas enim esset tantorum hominum  
authoritati refragari. Ad istud argumentum ita  
respondeo.

Consuetudo longa non est sequenda, Sed Dei  
ueritas. Qui enim non ingreditur per ostium, fur  
est & latro, inquit Christus Ioannis 10. Etiam  
bonæ consuetudines sæpe in multos errores conie-  
cerunt simplices. Et hoc ipsum testantur patres.

C A

Augustinus

Augustinus lib. 3. de baptismo cap. 9. contra Donatistas. Cum, inquit, Christus ueritas sit, magis ueritatem quam consuetudinem sequi debemus. Et in quodam loco dicit. Veritate manifestata, cedat consuetudo: et planè quis dubitet ueritati manifestæ consuetudinem cedere? Item, Nemo consuetudinem rationi et ueritati præponat, Quia consuetudinem ratio & ueritas semper excludunt.

Idem in alio loco. Reuelatione facta ueritatis, ueritati cedat consuetudo, quia & Petrus cessit Paulo prædicanti ueritatem. Christus dixit. Ego sum ueritas. Non dixit, Ego sum consuetudo. Plura apud eundem lege in epistola ad Ianuarium. Item lib. 4. cap. 6. de baptismo contra Donatistas. & lib. 3. cap. 13. de doctrina Christiana. Et ad Casulanum Epistola. 86. Lege quoq; Chrysostomum homilia 56. super 29. caput Geneseos?

Tertullianum in libro de uelandis uirginibus.

Cyprianus ad Pompeium cōtra epistolam Stephani, Cōsuetudo, inquit, sine ueritate, est uetustas erroris, propter quod, relicto errore, sequamur ueritatem.

Augustinus ad Casulanum sic ait. Consuetudinem laudamus, quæ contra fidem catholicam nihil usurpare dignoscitur. Ecce quæ consuetudo in Ecclesia Christi aut ualere, aut omnino exulare debeat.

Postremo,

Postremo, Salomonis illa sententia, cap. 22. ad  
uerbum transcripta est capite 19. Deuteronomij,  
ubi uetat in possessiōibus seu prædijs limites trans=  
ferri. Vetat itaq; & hic, cum iniuria alterius, ui=  
aut fraude famam aut res augere. Et de rebus fa=  
cile est iudicare, de fama difficillius, Ferè enim stu=  
dent nomen suum tanquam fines ampliari, al=  
terius æstimatione læsa. Detorta est hæc sententia  
ad traditiones humanas, sed his adeo non patrocini=  
natur, ut damnet etiam. Nam quum uetat amplia=  
re possessiones prolatis limitibus longius, certe ue=  
tat aliquid addere uerbo accepto per patres. Hæc  
Philippus in suis annotationibus super sententias  
Salomonis cap. 22.

## VI.

Hanc ordinationem & institutionem  
Christi, cum ipse uocet testamentum suū  
in Sanguine suo, non licet homini, imo  
ne toti quidem Ecclesiæ, ac deniq; ne an=  
gelo quidem e cœlis, sine nouo ac certo  
mandato Christi mutare, aut rescindere.

Hanc propositionem ueram imo uerissimam  
esse, satis superq; supra ostensum est ac probatum.

Attamen contra ipsam satis impie argumen=  
tantur quidam pessimi nebulones peruersissimiq;

C S

Sophistæ

Sophistæ, quorum unus est Ioannes Dictenbergius,  
qui se profundissimum Theologum appellat. Is in  
phimostomo suo scripturariorum capite 3. de colla-  
tione Ecclesiæ & scripturæ, inter cætera hoc di-  
cit, scilicet, quòd magis sit standum atq; credendū  
authoritati Ecclesiæ, quam authoritati scripturæ.  
Est enim scriptura meritò suspecta habenda pro-  
pter hæreticos et schismaticos ecclesiæ desertores,  
qui scripturæ sensum seu intellectum sinistrè tra-  
dunt, quare (uel Tertulliano teste) non est prouo-  
candum ad scripturas, neq; in his constituendum  
certamen, quibus aut nulla aut incerta aut parum  
certa est uictoria. Tanta enim est ecclesiæ catho-  
licæ maiestas, ut, in iudicando de pertinentibus ad  
fidem, maior sit illius authoritas quàm sacra scrip-  
turæ. Huic accedit, merda illa Ioannes Eccius, in-  
quiens, Ecclesia est antiquior scriptura, quando  
enim Apostoli inceperunt prædicare, nulla erat  
scriptura Euangelij, nulla Epistola, & tamen erat  
Ecclesia Christi sanguine dedicata: & per conse-  
quens, maiorem habet ecclesiæ authoritatem quàm  
sacra scriptura. Quasi idem sint, antiquiorem esse  
& maiorem habere authoritatem. Item, scriptura  
non est autentica sine authoritate Ecclesiæ, Scrip-  
tores enim canonici sunt membra Ecclesiæ. &c.  
Ad hæc argumenta breuiter respondebo, uolunt  
enim ab usum à substantia distinguere. Christus  
dixit

dixit nos debere scrutari scripturas, non Ecclesi-  
am, Ergo maior est scripturae authoritas quã Ec-  
clesiæ. Ecclesia debet regi secundum scripturas,  
Verbum enim Domini nemini cedit. Prius coelum  
& terram transire necesse est, ac unum Iota de  
scripturis perire. Scriptura est ipsum uerbũ Dei,  
uerbum Dei est ipse filius Dei Dominus noster Ie-  
sus Christus, Christus uero est ipsum caput Ecclesiæ,  
Ecclesia uero est corpus Christi, et est Christo sub-  
iecta & subdita, ut Paulus ad Ephesios testatur,  
ergo maior est authoritas Christi & sui uerbi, quã  
Ecclesiæ.

Præterea certior est apud nos ueritas in diui-  
nis scripturis quàm in Ecclesiæ decretis. Scriptu-  
ra enim non potest solui, ut Christus in Ioanne dix-  
it. cap. 10. quare cum apertum ac manifestum sit,  
sacram scripturam à Deo ad nos deriuatã esse, de-  
bemus illam tractare cum timore uelut coeleste  
munus.

Nam, ut Augustinus inquit, maior est sacræ  
scripturae authoritas, quàm omnis humani ingenij  
capacitas comprehendere potest. Profecto inuio-  
labilem sacrarum literarum authoritatem confi-  
teri debemus: quoniam cunctorum ingenia hominũ  
etiam sanctissimorum & doctissimorum superat &  
ad se rapit, præterquam Dietenbergij et Eccij, qui  
dicunt, Spiritum sanctum non per solas scripturas  
quinetiam

quinetiam per patres, per traditiones, & per alia  
suam erudisse Ecclesiam: Proinde quemadmodum  
indubitata fide suscipiendū est, quod expressis scrip-  
turis traditur aut probatur, ita etiam indubitata  
fide acceptandum est, quod aut concordi patrum  
interpretatione, aut Generalium Synodorum de-  
finitione, uel certe Ecclesiastica recepta communi  
consuetudine, decernitur, adprobatur, atq; prædi-  
catur. Et quemadmodum absq; omni trepidatione  
uel hæsitatione iudicatur erroneum, quicquid con-  
tra sacras literas producitur, Ita proculdubio  
oportet à ueritate alienum sit, quicquid contra  
concordem patrum interpretationem, aut uniuersa-  
lium conciliorum determinationem, aut contra  
generalis Ecclesiæ probatas consuetudines ritusq;  
assumitur, allegatur, & seruatur, Ergo eadem &  
par est authoritas sacræ scripturæ & humanæ, &  
tantū ualent humanæ traditiones quantū doctrina  
Spiritus sancti, Absit: Ita enim diuus Augustinus  
inquit, lib. I. cap. 22. de Meritis peccatorum.

Consentiamus & cedamus authoritati sacræ  
scripturæ, quæ nescit falli, nescit & fallere. Ho-  
minum uero est labi, hallucinari, falli, fallere, deci-  
pi et decipere, Nimirum omnis homo mendax, teste  
Psalmographo. & Paulus ad Colossenses cap. 2.  
Videte inquit, ne quis uos decipiat per Philoso-  
phiam et inanem fallaciam, secundum traditionem  
hominum,

hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum.

Proinde dogmata patrum exanimanda sunt ac iudicanda secundum sacram scripturam, & ad normam catholice fidei, ut I. Ioan. 4. scriptum legimus, ita enim Euangelista inquit. Probate spiritus an ex Deo sint, quonia multi pseudoprophete exierunt in mundum.

Diuus Hieronymus sic dicit. Non afferamus stateras dolosas, ubi appendamus quod uolumus pro arbitrio nostro, dicentes: hoc graue est, hoc leue est, Sed afferamus diuinam stateram de scripturis sacris, tanquam de thesauris dominicis. Lege Augustinum libro I. de uera religione cap. 256 quibus libris uel hominibus credendum sit, hoc ipsum summopere esse considerandum. Theophylactus in 16 caput Epistolae ad Romanos ita inquit: Qui aliquid afferunt praeter dogma et doctrinam Apostolorum, scandala sunt, id est, haereses atque dissensiones. Lege quoque Augustinum in prologo libri tertij de Trinitate, et ibi inuenies, an eiusdem sint authoritatis, diuina scriptura et humana traditio, hoc est concors patrum interpretatio, & determinatio conciliorum &c.

Idem Epistola XII. inquit, Nolo meam authoritatem sequaris, ut ideo putes tibi aliquid necesse esse credere, quoniam a me dicitur, sed aut scripturis

turis canonicis credas, si quid nondum quam uerū sit uides, aut interius demonstranti ueritati, ut hoc plane uideas.

Propterea recte dixit Psalmographus Psalmo 93. Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum. Et Apostolus Iacobus cap. 1. Si quis indiget sapientia, postulet illam à Deo, nihil hesitans. Hinc Chrysostomus Homilia 21. in 5. caput Geneseos, inquit. Neq; opus habet diuina scriptura hominum sapientia ut intelligatur, sed reuelatione spiritus, ut hausto inde uero sensu, magnum nobis hinc lucrum accrescat. Et nunquam est iudicandum erroneum, si quid contra patrum & conciliorum auctoritatem assumitur & allegatur, Deprehenduntur enim & patres & concilia sepius errasse, ut hoc ipsum satis ostendi in libello meo de diuersitate aut dissensione conciliorum.

Est & mera impostura, merum mendacium, imo summa blasphemia, quod dicit Dietenbergius, Spiritum sanctum non solum per sacram scripturam Ecclesiam suam erudisse, sed etiā per humanas traditiones, cum tamen Christus Marci 7. ex Iesaja dicit, se frustra coli doctrinis & praeceptis hominum, de quibus hunc in modum loquitur Deus per Prophetam Ieremiam cap. 2. Me dereliquerunt fontem aquae uiuae, & foderunt sibi cisternas dissipatas



dissipatas, quæ non ualent continere aquas. Dissi-  
pata istæ cisterne sunt humane traditiones, huma-  
na inuenta, & si quid est huiusmodi.

Scriptura hoc docet, ne scilicet circumferamur  
doctrinis uarijs ac peregrinis. Ad Hebræos 13.

Filij Aaron, qui imposuerunt altari ignem,  
quem non præceperat Dominus, in conspectu Do-  
mini statim sunt extincti. Quos imitatur et sectan-  
tur qui Dei traditione contempta, alienas doctri-  
nas appetunt, & magisteria humane conditionis  
inducunt, quos increpat Dominus in Euangelio suo  
dicens, Reijcitis mandatum Dei, ut uestram tradi-  
tionem statuatis. Marci 7. Hæc Cyprianus. Lege  
plura de his, apud Augustinũ ad Maudarenses, de  
execratione Idolatriæ. Tractatu 46. super Ioan-  
nem cap. 10. Hilarium in 14. caput Matthæi.  
Cyprianum lib. 1. Epistolarum, Epistola 4. Am-  
brosium cap. 12. de Paradiso. Origenem homilia  
7. in Ezechielem. Tertullianum de uelandis uir-  
ginibus.

Hoc discrimen considerandum est, inquit no-  
ster Philippus, non contemnamus docentem Eccle-  
siam, & tamen iudicem esse sciamus ipsum uer-  
bum Dei. Et eiusdem sententiæ est diuus Augusti-  
nus lib. 2. cap. 33. de nuptijs & concupiscentia,  
ad Valerium. Et lib. 13. cap. 12. & lib. 31. de uera  
religione. Item Cyprianus, sermone de baptismo  
Christi.

Christi. Ergo maior est Scripturae authoritas quam Ecclesiae. Praeceptor est maioris authoritatis quam discipulus, Christus uero praecipit Ecclesiae per suum uerbum, cum inquit, discite a me. Ergo maior est authoritas Christi ac eius uerbi, id est, sacrae scripturae, quam Ecclesiae.

### VII.

Non est igitur ἀδιάφορον, uel altera tantum Sacramenti parte, uel ambabus uti.

Lege Philippum de usu integri Sacramenti, Gelasius uocat Sacrilegium, ut supra annotatum est, abstinere a calice sacri cruoris, quod est altera tantum Sacramenti parte uti. ἀδιάφορον, pro eo, quod est, Indifferens.

### VIII.

Imo sacrilegium est & impia blasphemiam, aliquid detrahere ordinationi & mandato Christi.

Hæc Propositio satis probata ac declarata est supra, in expositione propositionis primæ, uti indicatum est ex utroque testamento, scilicet, uerbo Dei nihil addendum neque detrahendum esse.

Ecclesia,

IX.

Ecclesia, quæ sine aperto Dei uerbo aliquid mutat de ordinatione & institutione Christi, uel ex ea rem indifferentem facit, Papistica, Antichristica, & Sathanica est, non Christiana.

Vide supra, expositionem sextæ propositionis. Lege quoq; Philippum de Ecclesia. Nam ubi non est noticia promissionis de Christo, nec uox, nec ministerium Euangelij, ibi etiam non potest uera esse Ecclesia, Multominus igitur licet Ecclesiæ, quæ solo uerbo Dei regitur, gubernatur, ac conseruatur, ut aliquid mutet, quod est ordinationi ac institutioni Christi, ac suo uerbo aduersum.

X.

Non enim debet humana authoritas ualere supra scripturam, supra Christum, uel ordinationem, institutionem, & mandatum Christi:

Sacra scriptura nimirum, ut Gregorius in moralibus inquit, omnem scientiam & doctrinam transcendit, prædicat uerum, et inuitat ad cœlestem patriam. Proinde haud pudor est nescire, quæ scripturis sanctis prodita nõ sunt. Tantum reuelauit  
D nobis

nobis Deus optimus maximus per uerbum & filium suum in scripturis, quantum scire opus est. Ideo Paulus 1. Corinth. 2. dicit, Nos Christi mentem tenemus, scilicet, quam patefecit nobis Deus per suum uerbum, iuxta illud Ioan. 17. Verba quæ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt. In Summa, Iudicia Dei sunt nobis abscondita, nisi quæ scripturis sanctis reuelauit. in maiestatem sacræ scripture, quæ mentem Christi ad nos adferat: Ergo nulla authoritas siue angelica sit siue humana, supra scripture authoritatem ualet.

Contra argumentantur quidam nouitij spiritus & propheta stri, sic. Scriptura non est uerbum Dei. Sed mortua tantum litera, & inter alias creaturas reputanda. Ergo authoritas patrum, conciliorum, et aliorum piorum hominum, ualet supra scripturam. Antecedens potest probari ex Euangelio Ioannis cap. 6. ex Iesaja cap. 54. & ex Hieremia cap. 31. ubi scriptum est. Et erunt omnes docti à Deo.

Ne igitur putes ex scripturis te Deo doctum iri, è coelis illud expectandum est, non è libris.

Spiritus sanctus è supernis illabatur citra omne medium, non per externum auditum et uocalem prædicationem, siue scripturarum lectionem.

Ego uero ad istas uirulentas uoces sic respondo.

Manifestum

Manifestum est atq; evidens, istos sacrarum  
scripturarum inimicos, non loqui ueritatem sed  
mendacium, docti à Sathana ipsorum Deo ac patre.  
Et iudicandi sunt ex suo ipsorum ore, & ex fructi-  
bus agnoscendi, quòd sint mala arbor. Deus qui-  
dem docet, siue autē id Spiritu suo faciat, siue per  
ministerium uerbi, siue lectione Bibliorum, aut ali-  
quo alio medio, quid refert? modo docearis & ra-  
piaris ad coelestium desiderium. Non autem credis  
lectioni aut prædicationi, nisi ipse doceat intrin-  
secus. Igitur Deus est doctor, pater, & Magister.  
Attamen & scriptura legenda & audienda. De-  
sideramus à Deo doceri, siue id scripturis, siue mi-  
nisterio hominum faciat, Penes ipsum potestas est,  
nos eius misericordiam expectamus.

Et est idem ac si quis mente captus argumen-  
tari uelit, non esse edendum neq; bibendum: quia  
aliàs citra omne medium pascat nos Deus, et possit  
præter omnem cibum æque pascere atq; pane ad-  
hibito: Hoc nos non negamus quidem: Est enim om-  
nipotens Deus, qui nos pascere possit, sine pa-  
ne, sed non uult: posset hominem creare citra con-  
gressum uiri ac mulieris, sed non uult. Operatur  
enim per media. Voluit igitur nos pasci pane,  
uoluit etiã nos generari seu nasci ex commistione  
maris ac feminae: sic illi placuit, sic statuit, nec ali-  
ter uisum est maieitati diuinæ. Ita quoq; uult nos  
D 2 crudiri

erudiri scripturis ceu organo. Est quidem sacra scriptura quam legimus, res externa: ueruntamen inest uerbū spiritus, ut Christus inquit, Verba quæ locutus sum uobis, Spiritus & uita sunt, Ioannis 6. Deus intus docet spiritu & gratia.

Omnes creaturæ sunt organa, & laruæ Dei, sub quibus tectus operatur, quæ uult omnipotentia sua: quare si abieceris creaturas, abiecisti etiam ipsum creatorem. Ita si contempseris scripturas, Deum quoq; scripturarum authorem ac dominū, contempsisti. Deus quippe in scripturis quærendus est, illic enim iacet obuolutus: quare huc remittit nos Christus, quando dicit, Scrutamini scripturas, & illæ sunt quæ testantur de me, Ioannis 5. ergo scripturæ testes sunt Iesu Christi, uelut omnes creaturæ Dei testimonia sunt. Propter nos est scriptura, ut Paulus ad Romanos cap. 15. testatur. nobis est donata, nobile & præclarum donum Dei, Hac uult nos docere, instituere, monere, tenere ac consolari. Ecce hæc est sacra scripturæ dignitas atq; authoritas, quæ non hominis uoluntate allata est, sed à Spiritu sancto fluxit, ut in 2. Petri 1. scriptum legimus. Quare est tentatio Dei, uelle uocem è cælis audire, cum diuinam uoluntatem è scripturis discamus. Ita quoq; irrisio est Dei, uelle è cælis pasci, cum habeamus panem ad manus. Plura de dignitate scripturarum lege apud diuum Paulum  
1. Timoth.

1. Timo. 4. 2. Timo. 3. 2. Corinth. 1. Ephe. 1. Ga  
la. 3. Roma. 10. 1. Thessalo. 2. 1. Corinth. 2.

Postremo sacrae scripturae sunt infundibulum  
Spiritus sancti, quibus in corda nostra descendit  
uelut per gradus, ut ex 10. capite Actorum patet.  
Deus quidem spiritu docet, nihilominus tamen uult  
externo medio & hominum ministerio uti, ut Pau-  
li uerba clarè indicant. 1. Corinth. 3. ubi sic ait.  
Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus dedit in-  
crementum.

Hæc uero cum ita se habeant, tamen nõ puduit  
Dietenbergium illum scelestissimum nequam argu-  
mentari (blasphemare debebam dicere) scilicet,  
solas & nudas scripturas non esse unica præsidia  
ac roboramēta nostræ fidei, quia scripturae litera,  
uel Paulo Apostolo hoc ipsum affirmante, occidat  
magis quam uiuificet, **Ich meine das heisse**  
**argumentieret** / Negat etiã uniuersa Ecclesie  
dogmata solis scripturis posse stabiliri, Imo eas  
multorum errorũ occasiones esse temere affirmat,  
quare etiam & imprimis opus habeat Ecclesia,  
ad probatis interpretibus, Synodis patrum, & pu-  
blicis consuetudinibus, ut, si defuerint scripturae,  
talibus spiculis confodi possint omnes uani contio-  
natores nouorum dogmatum.

Nos autem scimus & credimus, & propterea  
dicimus Christum doctorem & Magistrũ nostrum,

D

3

in rebus

in rebus fidei nos ad solas scripturas remisisse, cum ait, Scrutamini scripturas. Igitur non alijs, sed solis scripturis, res fidei, uel probandæ sunt uel improbandæ, Item in Ecclesia primitiua, nisi facta primum scripturarum collatione, nihil prorsus acceptabatur, id quod de Pauli prædicatione patet, ubi hi, qui cum omni auiditate uerbum audierunt, scripturas quotidie scrutabantur: si ita hæc se haberent, ergo ne his quidem diebus erit expectandū quicquam, nisi claris scripturis subindicetur: & ob id beatum illum proclamat Psalmographus, qui die ac nocte in lege domini meditatur. Psalmo primo. Proinde non ex patrum documentis, sed sola sacrarum scripturarum meditatione fides nostra est stabilienda, Is enim est finis eius meditationis.

Asserit præterea filius ille perditionis Ioannes Dietenbergius, aperitissimum esse, scilicet, summam inde perniciem præclarissimis ingenijs ortā fuisse, quod reliquis contemptis omnibus, solis scripturis expressis inherendum putarunt: etiam ineptissimè colligi, inquit, solas & nudas scripturas in ecclesia sufficere, quia omnia ad salutem necessaria in se contineant. Vide supra quæ dixi ad quartam propositionem, & ibi inuenies aptissimè atq; ueritissimè colligi, quod sacra scriptura habeat, quicquid necessarium est ad salutem.

Demum



Demum uocat nos lucifugas scripturarios pes-  
simus ille scurra, & quòd erramus ab ecclesie re-  
gula desciscētes, eò, quòd docem⁹ nihil in Ecclesia  
statuendū, nihil credendū, nihil deniq; admittendū  
esse, nisi hocipsū sacrae scripturae expressè doceāt:  
cum tamen hoc ipsum satis probare possumus ex  
uerbo Dei, & ex scriptis patrum, ex uerbo Dei.  
Si nos, aut angelus è caelo predicauerit uobis  
Euangelium, præter id, quod prædicauimus uobis,  
anathema sit. Galat. 1. Paulus Timotheo scribens,  
sacram scripturam, quam acceperat, Hypotyposin  
appellat, sanorum uerborum, unde petendum sit  
cuiusq; rei, maximè diuinæ, iudiciū. Ioānes Epistola  
2. uetat, ne quorumlibet doctrinis aures accomode-  
mus, neue in domos nostras admittamus eos, qui  
extra uerbum Dei aliquid adferunt. Quare diuus  
Paulus inquit, Non ausim loqui quicquam eorum,  
quæ non effecit Christus per me. Romanos 15. Ex  
scriptis patrū. Electa sunt, inquit, Augustinus super  
Ioannem, quæ scriberentur, & quæ saluti creden-  
tium uidebantur sufficere. Nullus sine uerbo Dei  
est audiendus, inquit diuus Hieronymus: et nulli est  
credendū sine uerbo Dei. Necessarium igitur no-  
bis est, ut Cyrillus ait, de fide ad Reginas, diuinas  
sequi literas, & in nullo ab earum præscripto dis-  
cedere. Hæc autem supra copiosius sunt tractata,  
quare omiſſis his pergemus ad propositionem un-  
decimam.

## XI.

Ecclesia namq; uerbo & Christo subiecta est, nō uerbum & Christus Ecclesiae.

Vide supra quæ in expositione sextæ propositionis diximus. Hæc uero subiungenda esse duxi, scilicet, quòd Ecclesia originem suam traxerit à professione Euangelij, et quòd tūc primum cœpit, quando huius Euangelij promissio facta est Adæ, his uerbis, Semen Mulieris conteret caput serpentis. Etiam quicquid sancti habet Ecclesia, quicquid iustificationis, & mundicie, id omne habet à Christo, Ergo optime uerissimeq; dictum est, Ecclesiam Christo ac eius uerbo esse subiectam: quia ipsa est sponsa Christi: officia uero Sponsæ sunt, Credere sponso, diligere sponsum, omnia bona sibi de sponso promittere, soli sponso adherere, Sponso obedire, sponsum timere & honorare, & si quid est huiusmodi.

## XII.

Figmentum igitur est & mendacium Antichristi, fuisse initio Ecclesiae alicubi morem, porrigendi unam tantū Sacramenti partem.

Antichristi nomine, non hominem quendam singularem, in nouissimis temporibus, appetente  
die

die iudicij, proditurum intelligit sacra scriptura,  
Sed totam illam congregationem malè docentiū,  
ac contra uerbum Dei sub prætectu Christi, ple=  
bem, gregem, exercitumq; Dei seducentium.

Deniq;, quisquis sapientiæ, iusticiæ, sanctifica=  
tioni, doctrinæ & uerbo Christi resistit, uerbo uel  
opere dicitur Antichristus, id est, Christi aduer=  
sarius.

Inter hos Eccius ille scortator maximus, fin=  
git in primitiua Ecclesia fuisse morem porrigendi  
unam tantum partem Sacramenti, & uult probare  
ex Augustino, Christum, scilicet duobus discipulis  
euntibus in Emmaus, sub sola specie panis Sacra=  
mentum sui corporis dedisse, Luca. 24. Ac si idem  
essent fractio panis, & institutio cœnæ Domini.  
Supra dixi quid fractio panis significet, Sunt autē  
qui pertinaciter asserunt, fractionem panis solo  
Christo fuisse familiarem, cū tamen passim pateat  
ex Actis Apostolicis, fractionem panis Apostolis  
quoq; fuisse familiarem.

Oramus quotidie, spricht Eccius / Panem  
nostrum supersubstantialem da nobis hodie, Mat=  
thæi 6. Ecce ibi nulla fit mentio uini, Sed solum=  
modo panis, ergo sufficit altera tantum parte Sa=  
cramenti uti.

Quis quæso unquam tam ineptam tamq; stult=  
tam argumentationē audiuit? si hæc uerba Christi,

**D S**

quibus

quibus discipulos suos ad patrem orare instituit,  
pro totius uitæ necessitate ac sustentatione, insti-  
tutionem Sacramenti altaris significant, Sequitur  
ergo nostros calceos, nostras uestes, pecudes, domos,  
diuitias, coniuges, nostros liberos, agros, honores,  
& si quid est huiusmodi et per quotidianū panem  
significantur, corpus et sanguinem Christi esse.

Fabulatur porro, Ambrosium, Hieronymum,  
Eusebium, & Benedictum, morituros, solum sub  
specie panis communicasse. Sit uerum nec ne, nihil  
ad nos, Ambrosius, Hieronymus, Eusebius, Benedic-  
tus, & si qui sunt alij non sunt nostræ fidei Magi-  
stri, nos sequamur institutionem ac mandatum  
Christi, Deus pater coelestis præcipit audiri dilec-  
tum suum filium Dominum nostrum Iesum Christū,  
& non Ambrosium, aut Hieronymum, Multo mi-  
nus Eccium aut alium quemuis scortatorem.

### XIII.

Nec enim possunt huius commenti  
ac figmenti, ullum exemplum uetus pro-  
ferre.

Illā propositio, quemadmodum & reliquæ,  
per se satis firma ac uera est, explicatione neutiq̃  
indigens. Quanquam Eccius ille ineptus fabula-  
tor, conatur quædam exempla huius figmenti ac  
commenti inferre, uerum prorsus sunt falsa & so-  
phistica, sicuti ipse quoq; falsus fuit atq; sophista  
impius. Si &

XIIII.

Si & ipsi Laici pertinent ad nouum testamentum Christi, cur a sanguine uel calice prohibentur, qui calix nouū testamentum est in sanguine Christi?

Contra hanc propositionem sic argumentatur homo peccati Eccius. Christus consecrans instituit Sacramentum sub utraq; specie, & dedit Apostolis, qui erant iam sacerdotes, Ideo & hodie sacerdos celebrans, sumit sub utraq; specie: hæc autem nihil ad Laicos, nam alij non interfuerunt nisi duodecim Apostoli, Sufficit ergo Laicis altera tantum species Sacramenti, **Ja wenn es Christus zu frieden sein wolt/das man also sein wort felschen/ vnd sein gebot en/ dern thut?** Ego sic Respondeo.

Multis simulq; egregijs argumentis, cum ex ipsa sacra scriptura, tum etiam ex scriptis patrum hætenus ostensum est ac probatum, Christum scilicet Sacramentum, corporis & sanguinis sui, non solum pro Apostolis, uerum etiam pro toto Christianorum cætu instituisse, & sanguinem suum nõ tantum pro Apostolis, sed etiam pro peccatis totius mundi effudisse. Proinde non opus est longiori seu prolixiori explicatione. Est propterea ista argumentatio Eccij prorsus indigna, nimirum, impia, falsa

falsa atq; Sophistica, uel ulla aliqua responsione.

Imo Christianos omnes sacerdotes, reges atq; Prophetas esse, ex scripturis sacris, & ex scriptis patrum probare possumus: nihil enim moramur uerba horribilis illius bestiae Ioannis Dietenbergij, qui ait, nos pertinacissime asserere, scilicet, omnes utriusq; sexus Christianos, esse sacerdotes.

Petrus Apostolus, scripsit Iudaeis, sparsim inco-  
lentibus regiones gentium, Epistolam profecto  
dignam principe Apostolorum, plenam auctori-  
tatis atq; maiestatis, uerbis parcam, sententijs dif-  
fertam. Inter caetera uero sic alloquitur Christia-  
nos, cap. 2. prioris Epistolae, dicens. Siquidem  
gustastis quod benignus sit Dominus, ad quem acce-  
dentes, qui lapis est uiuus, ab hominibus quidem  
reprobatus, apud Deum uero electus ac preciosus,  
ipsi quoq; ueluti uiui lapides aedificemini, domus  
spiritualis, sacerdotium sanctum, ad offerendum  
spirituales hostias acceptabiles Deo per Iesum Chri-  
stum. Vos autem genus electum, regale sacerdotium,  
gens sancta, populus qui in lucrum accessit, ut uir-  
tutes praedicetis illius qui e tenebris uos uocauit in  
admirabilem suam lucem, hoc est, nuper initiati  
Christo, Christi ergo uos beneficentiam sensistis, ut  
qui uitae prioris commissa non imputans, in ordi-  
nem Christianorum uos coaptarit.

Est autem uiuus lapis, non quiuis lapis, sed  
cuius

cuius in edificio spiritali usus est, quia animat, ue-  
getat omnes credentes in sc. Est enim ipsa uita Ioan.  
11. Et nos non nascimur domus Dei, Sed edificamur  
per fidem in hanc domum, Ephe. 2. superstructi super  
fundamentum Apostolorum, summo angulari la-  
pide Iesu Christo, in quo, quaecunq; structura  
coagmentatur, ea crescit in Templum sanctum do-  
mino: id quod Spiritus sanctus adumbravit, Gene.  
2. ubi legimus Deum immisisse soporem in Adam,  
qui cum obdormiisset, tulit unam de costis, &  
edificauit de Adam in mulierem. Ille Adam Chri-  
stus est, qui mortuus edificauit Euam, id est, eccle-  
siam, id est, omnes credentes super sc. Sic enim  
Matthæi 16. inquit, & super hanc Petram aedifi-  
cabo Ecclesiam meam.

Veluti autem Christus sacerdos est, & obtulit  
Deo suam mortem ad Philippen. 2. sic & nos in  
Christo sacerdotes sumus, offerentes nostri morti-  
ficationem, quæ est, ut præbeamus corpora nostra  
hostiam uiuentem, sanctam, acceptam Deo, ratio-  
nalem cultum nostrum, ad Roma. 12. ut crucifiga-  
mus ueterem Adamum, ut mortificemus carnem  
cum suis concupiscentijs, & ut moriamur cum  
Christo. De sacrificijs Christianorum postea dicam.  
Apocalypsi. Qui dilexit nos & lauit nos à peccatis  
nostris per sanguinem ipsius, & fecit nos, reges &  
sacerdotes Deo & patri suo.

Exodi

Exodi. 19. & uos mihi eritis in regnum sa-  
cerdotale, & gens sancta.

Ex scriptis patrum.

Chrysostomus homilia. 3. in primum caput  
posterioris Epistolae ad Corinthios sic dicit. Sic &  
tu in baptismo rex efficieris, & sacerdos & Pro-  
pheta.

Rex quidem, omnibus prauis actionibus humili  
prostratis, et interfectis peccatis. Sacerdos autem,  
dum teipsum offers Deo, dumq; immolas corpus  
tuum, mactasq; teipsum, Nam, si, inquit, mortui fu-  
erimus cum illo, uiuemus etiam cum illo. Propheta  
uero dum futura discis, & Deo afflatus redderis  
atq; obsignaris. Idem in opere imperfecto in 7.  
cap. Matthaei. Omnes Christiani Prophetae dicun-  
tur, qui in regnum, & sacerdotium, & in Prophe-  
tiam unguuntur.

Vide eundem homilia 28. in 9. caput Gene-  
seos. Homilia 2. in 1. caput Ioannis. Homilia 78.  
in 25. caput Matthaei. Et homilia 3. in 1. caput  
Matthaei dicit, quod sacra scriptura non ad solos  
Monachos pertineat. Lege diuum Ambrosium lib.  
2. cap. 6. in Lucam. Diuus Bernardus, Reges sunt,  
inquit, & sacerdotes, omnes electi: & eos oportet  
oleo unctionis inungi. Lege Ecclesiasticam histo-  
riam lib. 6. cap. 15. Tripartitam historiam lib. 2.  
cap. 3.

Beda



Beda in quodam canone scribit, quòd docti ab indoctis clerici à Laicis quandoq; merito reprehendantur. Quia ergo non omnes Episcopi sunt Episcopi, præbyteri à Daniele puero indicantur, & sal infatuatum à porcis conculcatur, & dicit pax uobis, plerunq; non columba, sed coruus reputatur. O Beda, si isthæc non dixisses, forsitan & tu quoq; fuisses canonizatus, quemadmodum Franciscus, Dominicus & reliqui multi. Lege Cyrillum lib. 6. cap. 20. in 9. caput Ioannis. Hieronymum in caput primum Malachiæ. Nos omnes sumus sacerdotes, quoniam sumus membra unius sacerdotis, scilicet Christi, inquit Beda super Apocalypsin beati Ioannis. Lege Origenem homilia 9. cap. 16. super Leuiticum Mosi. Augustinum de uita Christiana cap. 9.

Absit tamen à Christiano cætu omnis deordinationatio. Unus alterum ædificet, inquit Paulus, & cum timore & tremore salutem uestram operemini; Quare sic inquit diuus Chrysostomus. Volo enim & precor omnes uos, in doctorum ordine esse, & non solum auditores nostrorum dictorum, sed & alijs doctrinam nostram afferre debetis, piscariq; errantes, ut in uiam redeant ueritatis. Homilia 7. in primum caput Geneseos. Lege eundem homilia 24. in 2. caput Geneseos.

Possumus deniq; probare, etiam omnes Christianos,

stianos, hoc est, sacerdotes & Laicos, potestatem  
habere ligandi & soluendi, idq; præcipue ex 18.  
capite Matthæi, & ex quorundam patrum scriptis  
testimonijsq;.

Augustinus sermone 16. de uerbis Domini ita  
inquit. Cœpisti ad Christianam animam, habere  
fratrem tuum tanquam publicanum, alligas illum  
in terra, sed ut iuste liges, uide, nam Iniusta uincula  
disrumpit Iusticia. Cum autem correxeris & con-  
cordaueris cum fratre tuo, soluisti illum in terra,  
cum solueris in terra, solutus erit in cœlo. Multum  
præstas, non tibi, sed illi, qui multum nocuit, non ti-  
bi, sed sibi.

Nostrum est, donante ipso, ministerium cha-  
ritatis & humilitatis exhibere. Illius est exaudire,  
ac nos ab omni peccatorum contaminatione mun-  
dare per Christum, & in Christo, ut, quod etiam  
alijs dimittimus, hoc est, in terra soluimus, soluatur  
in cœlo. Hæc uenerabilis Beda. pijsimè de hac re  
scribit diuus Augustinus de agone Christiano.  
Tractatu 50. super Ioannem. Et in præfatione  
Psalmi 108. Si peccauerit in nos frater noster, &  
in qualibet causa nos læserit, dimittendi habemus  
potestatem, imo necessitatem, qua præcipitur, ut  
debitoribus nostris debita remittamus. Hæc diuus  
Hieronimus super 18. caput Matthæi.

Et si

XV.

Et si ἀδιάφορον est, uel alteram tantum  
uel utramque Sacramenti partē porrigere  
uel accipere, cur igitur Laici, ut uocantur,  
una tantum specie coguntur uti?

*Huius expositio ex superioribus patet.*

XVI.

Vel cur denique ex re libera necessarium  
faciunt angeli Sathanæ, & peruersores or-  
dinationis Diuinæ, qui conscientias peri-  
clitari docent, si calice Christi utantur  
Laici?

Huic propositioni repugnant humanæ tradi-  
tiones, quibus se frustra coli Deus inquit: quia in  
uero non sunt expressæ, ergo non sunt diuini iu-  
ris. Quemadmodum diuus Paulus I. Corinth. 7.  
ubi non habet apertum uerbum, suas traditiones  
uocat consilia, inquit. De uirginibus præceptum  
non habeo, consilium autem do. Et supra ostensum  
est, humanas traditiones non posse obligare homi-  
num conscientias.

XVII.

Turpissimum est mendacium & ἀντι-  
κειμένον uerbo atque institutioni Christi,  
quod sub specie panis, etiã sanguis Chri-  
sti datur Laicis.

E

Huius

Huius propositionis ueritas liquet ex declaratione prima, ubi ex Philippo respondetur ad istud argumentum aduersariorum, scilicet, In pane datur uiuum corpus, ergo et sanguis simul datur etc. *ἀντιμεινον*, pro eo, quod est contrarium & repugnans.

XVIII.

Alioqui, quid opus fuisset, præter corpus, etiam calicis & sanguinis mentionem fieri.

Expressè enim & immediatè dixit Christus, Accipite, Comedite & Bibite.

XIX.

Si cum pane, & corpus & sanguis Christi simul datur & accipitur, Igitur calicis & sanguinis institutio superflua est.

Summa totius negotij hæc est, Christus hat jm zu viel gethan / oder hat sich nicht recht furgesehen mit der einsetzung des Kilches / er solte zuuor den Papst haben deshalben umb rath gefraget.

XX.

Superfluum erit & mandatum, & hæc uerba Christi, Accipite, Bibite ex hoc omnes, Hoc facite.

Ita se res habet, Hæc uerba dicta sunt ad solos Apostolos

Apostolos, et ad nostros Papisticos sacrificulos, au-  
thoribus Eccio & Dietenbergio.

XXI.

Si cum pane benedicto & corpus &  
sanguis Christi simul comeditur & bibi-  
tur, cur Christus tam diserte de usu Sacra-  
menti loquens, actū comedendi, ad cor-  
pus, actum uero bibendi, ad sanguinem  
suum addidit: adiectis præceptis. Accipi-  
te, comedite. Accipite, bibite. & de utraq;  
parte diuisim. Hoc facite.

Istanc propositionem supra exposui.

XXII.

Item, quid opus fuit, primum fractio-  
nis, ac deinde effusionis mentionē fieri:

Christo domino ac seruatori nostro, sit laus,  
honor, decus, benedictio, & perpetua gratiarum  
actio, pro tanto suo erga nos amore & pietate,  
qui nos miseros homines precioso sanguine suo  
redemit, et dedit nobis illam gratiam, ut intelli-  
gamus suam diuinam uoluntatem & mandatum, no-  
bis sufficit eius institutio: quod homines tradunt  
seu instituunt, nihil moramur.

XXIII.

Sophistice ineptiunt, qui dicunt, Chri-  
stū diuidi, & per consequens mori oport-  
ere,

tere, cum fatemur corpus & sanguinem  
Christi diuifim uel separatim dari & ac-  
cipi in coena Dominica.

Sic in quadam prosa de festo corporis Chri-  
sti canunt ipsimet Papistæ, scilicet

A sumente non concisus,  
Non confractus, non diuisus,  
Integer accipitur.

Hoc est, Corpus Christi est immortale, incor-  
ruptibile, gloriosum & impassibile, neq; concisio-  
nem pati potest, neq; confractionem, neq; diuisio-  
nem. Quinimo in ultima coena, ipse adhuc morta-  
lis & passibilis, suum corpus immortale & impas-  
sibile tradidit discipulis, ut quod nullam ex ipsorū  
manducatione diuulsionem sustinuerit aut lesio-  
nem. Quanto magis ipse nunc immortalis & in-  
corruptibilis, suum corpus impassibile & incor-  
ruptibile nobis communicat. Proinde concisio, con-  
fractio, & diuisio, sunt solum ipsarum specierum  
panis & uini, sub quibus tam sacræ res continen-  
tur.

Sumit unus, sumunt mille,  
Quantum isti, tantum ille:  
Nec sumptus consumitur.

Hoc est, Perinde atq; uox eadem à proferente  
edita, omnium auribus integra excipitur, ut quam  
unus haurit astantium, eandem hauriant & mille  
presentes.

presentes. Neq; tamen idcirco primaria illa uox  
ab integritate sua decidit, quod à tot et tantis arti-  
culatim & distinctim percipiatur. Sic eundem So-  
lis orbem uidet unus, uident & mille, quantum isti  
tantum etiam ille, nec Sol uisus aut sui uisione, aut  
continua luminis in oculos intuentium suæq; spe-  
ciei diffusionem, aut consumitur, aut imminuitur. Sic  
deniq; primitiui sigilli formam suscipit una cera,  
suscipiunt & mille, unaquæq; tamen earum inte-  
gram & totam, nec frequente sui impressione  
primarium istud sigillum sentit detrimentum, aut  
sue substantiæ formæue diminutionem. Hæc Iodo-  
cus Clichtouæus, qui, etsi aliàs nostræ doctrinæ,  
Euangelicæ inquam, aduersatur, tamen de hac re  
non malè scripsisse uidetur.

### XXIII.

Non enim deitatem Christi nec hu-  
manam animam Christi, comedimus &  
bibimus in Sacramento, sed tantum cor-  
pus & sanguinem Christi, & quidē Chri-  
sti uiui.

Lege tractatulum Magistri Pauli de Rhoda  
de diuinitate & humanitate Christi.

### XXV.

Breuitè, sicut non licet sanguinem  
Christi solum administrare Ecclesiæ, ita  
nec corpus solum.

E 3

Est enim

*Est enim sacrilegium, teste Gelasio Papa, ut supra annotatum est.*

**XXVI.**

*Si licet ordinationem Christi in Sacramētis mutare, licebit & in cæteris. Nihil igitur firmum habebit scriptura, Ergo totus Christus euacuatur, Euangelij administratio nulla est.*

*Et est aliud nihil, præterquam spiritum sanctū arguere mendatij, inconstantia, atq; inscitia. Et est contra uoluntatem ac mandatum Dei, qui prohibuit nos suo uerbo uel addere uel detrudere quicquam, ut supra dictum est.*

**XXVII.**

*Omnino respuimus concomitantiam Papisticam, in hac, de utraq; specie, disputatione.*

**XXVIII.**

*Nec effusionis periculum quidquam moramur, Vincit enim, & maior est ordinatio Christi.*

*Et huius propositionis ueritatem uidere licet, supra in expositione primæ & decimæ propositionis.*

*Tantum de prima parte huius*

*disputationis.*

*Secunda*



## Secunda pars

**H**oc agit, Quòd Missa non sit sacrificium Hilasticum, hoc est, reconciliatorium seu propitiatorium. Et potest probari ex sanctis scripturis, & ex scriptis patrum.

### Ex scripturis Sanctis.

**E**pistola ad Hebræos aperte & clarè docet, unicum tantum esse sacrificium reconciliatorium & satisfactorium pro peccatis, scilicet, quod Christus in cruce peregit, qui seipsum per æternum spiritum obtulit immaculatum Deo. Et ob id noui testamenti conciliator est, ut morte intercedente, ad redemptionem earum præuaricationum, quæ fuerant sub priori testamento, ij qui uocati sunt, accipiant promissionem æternæ hereditatis. Semel est oblatus, ut multorum peccata tolleret. Proinde dicit Apostolus 5. ad Romanos: Christus, quum adhuc essemus infirmi, iuxta temporis rationem, pro impijs mortuus est. Gloriamur itaq; in Deo per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem sumus assequuti &c.

Darumb wirdt der Teuffel einsmals komen / vnd den Messpfaffen die helse stürzen / das sie das allerheiligste verdienst vnd opffer vnser lieben Herrn Ihesu Christi / mit iren Teuffels Messsen

sen so jemmerlich lestern / schenden / vñ  
vnter die füsse treten / vnd ob es der  
Teuffel gerne sihet / das man den Son  
Gottes also lestert / dennoch wirdt er  
dasselbige gerne thun / vnd thun müs-  
sen etc.

Scriptum est enim. Qui aspernatus fuerit Mo-  
si legem, absq; misericordia sub duobus aut tribus  
testibus moritur. Quanto putatis peioribus afficie-  
tur supplicijs, qui filium Dei conculcarit, & san-  
guinem testamenti, ceu rem prophanam habuerit,  
per quem fuerat sanctificatus, & spiritum gratiæ  
contumelia affecerit?  $\Phi\omicron\beta\epsilon\sigma\omicron\upsilon\tau\omicron\ \tau\omicron\ \epsilon\mu\omega\sigma\epsilon\upsilon\ \epsilon\iota\varsigma$   
 $\chi\epsilon\iota\varsigma\ \theta\epsilon\omicron\ \zeta\omega\upsilon\tau\omicron\varsigma$ . Est peccatū in Spiritum sanctum,  
quod neq; hīc neq; in futuro remittetur  
adplicare opus Missæ pro peccatis uiuorū ac mor-  
tuorum. Illa enim adplicatio (ut noster Philippus  
inquit) repugnat institutiōi Christi, Quia Christus  
instituit hanc cæremoniam, non ut fieret pro alijs  
non utentibus, Sed instituit ad usum singulorum,  
uidelicet, ut quisq; uescens, exuscitet fidem, & se  
recordatione beneficij Christi consoletur, quem-  
admodum uerba institutionis testantur, Accipite,  
comedite & bibite, & facite in meam commemo-  
rationem. Proinde impietas est & impudens auda-  
cia peruertere Christi institutionem.

Nulla

Nulla res externa tollit peccatum,

Missae est res externa, ergo

Missae non tollit peccatum.

Et sic non potest esse sacrificium reconciliato-  
rium, aut placatorium, aut satisfactorium, aut pro-  
pitiatorium.

Maior per se uera est, Solus enim Iesus Chri-  
stus Dominus noster satisfecit pro peccatis nostris.  
Ipse enim est agnus Dei, qui tollit peccata mundi.  
Ioan. i. Is saluum faciet populum suum à peccatis  
eorum. Matthæi i. Alibi etiam scriptum est ita,  
τεκνία μου, ταῦτα γράφω ὑμῖν, ἵνα μὴ ἁμάρτη-  
τε, καὶ εἴαν τις ἁμάρτη, παράκλητον ἔχομεν πρὸς  
τὸν πατέρα, ἰησοῦν χριστὸν δίκαιον. καὶ αὐτὸς  
ἰλασμός ἐστι πρὸς τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. οὐ πρὸς  
τῶν ἡμετέρων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ὅλας τὰς  
ἁμαρτίας. Hunc proposuit Deus reconciliatorem  
ut diuus Paulus scribit ad Rom. 3. Qui dedit se  
ipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos ex præ-  
senti sæculo malo, iuxta uoluntatem Dei & Patris  
nostri, ad Galatas i. & sic per illum habemus adi-  
tum utriq; in uno spiritu ad patrem, ad Ephesios,  
2. Habemus quoq; per ipsum redemptionem per  
sanguinem ipsius, remissionem peccatorum &c.  
ad Colossen. i. Est quippe.

πιστὸς ὁ λόγος, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἀξι-  
ος, ὅτι χριστὸς ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον  
ἁμαρτωλοὺς σῶσαι. Ε Σ ΜΙΜΟΥ

Minor quoque est uera. Missa est Cæremonia,  
id est, res externa, obseruatio externa, externus ri-  
tus, nihil omnino ad Iustificationem ualens. Com-  
portata enim est simul atque composita ex uarijs &  
plerisque ludicris cæremoniis ac ritibus, Nempe,  
organo, multitudine companarum, cereis, oleo,  
benedictione salis, herbarum, frugum, palmarum,  
& si quid est huiusmodi. Præterea habet & suas  
uestes, tonsa capita, aquam benedictam, & id  
genus alia, de quibus prorsus nihil in scripturis.  
Horum enim nullibi meminit scriptura.

In nouo testamento ne iota quidem extat de  
cæremonijs, præterque de duabus, Baptismo scilicet  
et Cæna dominica. Quod autem ueteribus in usu  
fuerunt cæremonia, nihil hoc ad fideles, quibus  
per Christum in his lex est abrogata, & iuxta ip-  
sius doctrinam adorant Deum in spiritu et uerita-  
te. scriptum est enim, οὐκ ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ  
θεοῦ μετὰ παρατίτησως.

Quapropter certum est, Missam non esse sa-  
crificium reconciliatorium, aut bonum opus iu-  
stificans. unum tantum opus bonum est iustificans  
operantem, uidelicet. Credere in Christum Iesum,  
ut egregie docuit ipsemet Christus in Euangelio  
Ioannis cap. 6.

Missam nusquam numeratur inter bona opera, sed  
est tantum commemoratio passionis & mortis  
Christi.

Christi. Multi saluantur qui non faciunt hoc opus,  
et qui cœuæ Dominicæ nunquam participes fi-  
uunt. Est etiam prorsus diabolicum & ipsissima  
blasphemia, Christum uelle offerre in Missa, qui  
semel est passus & semel oblatus pro peccatis no-  
stris, neq; ultra patietur, aut offeretur aut morie-  
tur. Quoniam mors illi ultra non dominabitur, ut  
scriptura dicit. Quotquot igitur in Missa ipsum  
offerunt, illi rursus crucifigunt Filium Dei.

Ex quibus omnibus liquido constat, solum  
Christum esse uerum Sacrificium, semel Deo pa-  
tri oblatum, et non Missam. In Missa enim solum-  
modo habetur memoria ueri istius Sacrificij, se-  
mel Deo patri per Christum oblatis. Non dico de  
Missa priuata papistica, sed de cœna quam Chri-  
stus instituit in Sui memoriam. Quia in priuata  
Missa papistica non potest adesse uerum corpus  
et uerus sanguis Christi, ut postea docebitur.  
Christus iussit accipere, comedere, & bibere, &  
alijs quoq; in Sui commemorationem distribuere,  
nullam Speciem Laicis subtrahens, neque perso-  
narum distinctionem habens, Sed omnibus propi-  
nans ac porrigens, iussit, inquam, manducare &  
bibere, non sacrificare aut circumferre, quemad-  
modum solent Laruati illi papistici sacrificuli.  
Welche die Hostien in einen Sillbern  
vogelbau verschliessen vnnnd lauffen  
damit

damit umbher wie die Robunten/ver  
meinen Christus wolle Sich versper  
ren lassen vnd also ir gefangener sein.

Postremo, nullas Cæremonias adhibuit Christus  
in institutione cænæ, nullisq; specialibus uestimen-  
tis fuit indutus, nihil aquæ etiam admiscuit, nul-  
lumq; tempus præscripsit, quando scilicet sit faci-  
endum, Sed optionem relinquens, quando libitum  
fuerit, dixit, Hoc facite quotiescunq; feceritis in  
meam commemorationem. Ecce commemoratio-  
nem Sui uocat, non oblationem. Quomodo enim  
potest Christo suum corpus & suus sanguis of-  
ferri quæ prius possidet? aut quomodo potest Deo  
Dei filius immolari? Est enim cum Patre unum &  
eiusdem substantiæ, ut ipsemet dicit. Ego & Pa-  
ter unum sumus. Et hoc pulchrè docuit Athana-  
sius in suo Symbolo.

Nihil etiam horum instituit, ut pro peste, fa-  
me, tempestate, redimendisq; animabus ex igne  
purgatorio, re plane ficta & falsa, ut dicam po-  
stea, & huiusmodi peragatur aut celebretur hæc  
cæna, Sed tantum ut simus memores mortis eius  
pro nobis perpeffe. Et de loco nihil constituit  
quemadmodum uidemus omnia in contrarium age-  
re Sacrificos Baal. Als da sein die verzweif-  
elten Mönche vnd Pfaffen.

Ex scriptis Patrum.

Vnus

Vnus est Sanguis & semel effusus, & unum est corpus quamuis pro multis fuerit oblatum, non multa. Item una est hostia et semel oblata, scilicet, dominus noster Iesus Christus. Qui cū pontifex sit tamen factus est oblatio non ab alio quouis hominum, sed à seipso oblatus. Hæc Theophilactus.

Cyprianus in quadam Epistola ad Cæciliam. passio domini, inquit, sacrificium est quod offerimus. Id est, nostræ oblationes fiunt in memoriam passionis & mortis Domini nostri Iesu Christi, ut ipsemet dixit, Hoc facite in meam commemorationem. Et diuus Paulus, Quotiescunq; enim comederitis panem hunc, & de calice biberitis, mortem Domini annunciabitis donec ueniat.

In Christo semel oblata est hostia ad salutem patens. Quid ergo nos? nonne per singulos dies offerimus? Et si quotidie offeramus, fit hoc ipsum ad recordationem eius mortis, & una est hostia nō multæ. Sic etiam dicimus, Hodie est resurrectio Domini, hoc est, hodie reuocamus ad memoriam Dominicam resurrectionem. Hæc diuus Ambrosius. Huiusmodi quoq; scribit diuus Chrysostomus, Homilia 17. super 9. caput ad Hebræos.

Copiosè etiam ac doctè de hac re scribunt, Augustinus lib. 4. cap. 14. de Trinitate. & lib. 10. cap. 4. de ciuitate Dei. Cyprianus lib. 2. Epistolarum.

Epistolarum, Epistola 3. Cyrillus de Recta fide ad  
Reginas. Hisychius lib. 9, cap. 5. in Leuiticum  
Mosi. Nullam quidem mentionem missæ facientes.  
Interdum uero, ipsam memoriam sacrificij semel in  
cruce peracti, sacrificium appellant, ad imitatio-  
nem primarij illius ac unici sacrificij Christi, qui  
seipsum in ara crucis pro nobis ultro obtulit Deo  
patri.

Hinc igitur patet, ueteres orthodoxos Theo-  
logos Eucharistiam dixisse sacrificium. Sed κατὰ  
ἑξῆς, pro memoria sacrificij & passionis  
Christi, nõ quod immoletur pro uiuis ac defunctis.  
Cæterum crediderint patres aut docuerint missam  
esse sacrificium, num ob eam causam & nos crede-  
re oportet? aut sunt ipsi fidei nostræ magistri?  
Christus uocat, suum sanguinem pro nobis in cruce  
effusum, nouum testamentum. Num nouum testa-  
mentum est sacrificium?

Quis quæso probabit testamentum & sacri-  
ficiu unum seu idem esse? Horum autem discrimen  
si nosse cupis, & quam diuersi sint significa-  
tus, lege, de Sacrificio, caput 4. Osee. caput 1.  
Zephaniæ. cap. 34. Esaia. cap. 46. Hieremiæ.  
Psalmum 49. & 50. & 105. De testamento au-  
tem, Epistolam ad Hebræos. Chrysostomum homi-  
lia 19. super 10. caput prædictæ Epistolæ.

Christus in hoc testamento, bona sua, corpus  
& sanguis



et sanguinem nobis ministrat in remissionem peccatorum. Monachi autem et papistici sacrilegi hoc inuertunt, et Christo dare uolunt, et Christum Christo offerre. Scripturae ueritas dicit, Christum Iesum semel oblatum esse, et non quotidie immolandum. Si denuo immolandus est, etiam denuo crucifigendus erit. Sed mors illi ultra non dominabitur. Et sic per consequens non potest fieri in Missa ullum sacrificium pro peccatis uiuorum ac mortuorum, Scriptum est enim, ἔλεος θέλω, καὶ οὐ θυσιῶν.

Non sum autem ignarus, tempore Tertulliani annua die oblationes pro defunctis fuisse habitas. Verum istud animaduertendum est, ueteres uerbo oblationis et sacrificij pro laudis et gratiarum actionis Hymno, item pro gratulatoria ac solenni memoria fuisse usos, quemadmodum diuum Ambrosium Episcopum, funebrem orationem super obitum Theodosij Imperatoris habuisse legimus. Populus laudabat misericordiam Dei, quod fratrem firma fide uocasset e mundo. Præcabantur itidem, ut et ipsi quoque eo modo, ex hac uita ærumnosa, uera in Christum fide, excederent. Lege Cyprianum lib. 4. Epistolarum, Epistola 5. Tertullia: de Monogamia. et lib. 2. ad Vxorem.

Est quidem in Ecclesia aliquod sacrificium, non autem externum seu corporale, sed internum ac spirituale

ac spirituale, scilicet, Mortificatio nostræ carnis  
per spiritum, qua offerimus corpora nostra hostia  
am uiuentem, Deo acceptam, ut Paulus inquit 12 ad  
Romanos. Ipsi quoq; uelut uiui lapides ædificemini,  
domus spiritualis, sacerdotium sanctum, ad offe-  
rendū hostias spirituales acceptabiles Deo per Ie-  
sum Christum. 1. Petri. 2. Omnem aufer iniquita-  
tem, & accipe bonum, & reddemus uitulos labio-  
rum nostrorum. Osee. 14. Quid dignum offeram  
domino, inquit Malachias cap. 6. curuabo genu  
meum Deo excelso? nunquid offeram ei holocau-  
stomata & uitulos aniculos? nunquid placari po-  
test dominus in millibus arietum, aut in multis mil-  
libus hircorum pinguium? Nunquid dabo primo-  
genitum meum pro scelere meo? Fructum uentris  
mei pro peccato animæ meæ? Indicabo tibi ô homo  
quid sit bonum, et quid Dominus requirat à te, utiq;  
facere iudicium & diligere misericordiam, &  
sollicitum ambulare cum Deo tuo. Salutare sacri-  
ficiū est, inquit Iesus Syrach, attendere ab omni  
iniquitate.

De Sacrificijs pijsime scripsit diuus Augusti-  
nus lib. 10. cap. 4. & 6. de ciuitate Dei. cap. 5.  
dicit. Deus non uult sacrificium trucidati pecoris,  
sed sacrificium trucidati cordis. Hic palam con-  
tradicit impijs illis missis Papisticis. Ad Simplicia-  
u quoq; sic scribit, Missi sunt ad gentes Apostoli,  
ut in

ut in loco suo quisq; crederent, & ubicunq; credidissent, ibi sacrificium laudis offerrent, quibus dedit potestatem filios Dei fieri. Nusquam legimus uel Apostolos uel patres Christum obtulisse: uerum ipsorum oblationes fuerunt laudes ac gratiarum actiones. Lege eundem, Sermone 130. de tempore. Chrysostomum, homilia 27. in 8. caput Geneleos.

Ireneus in quodam loco inquit. Dominus uult nos adferre munus ad altare, frequenter sine intermissione. Est ergo altare in caelis & templum, illuc enim nostrae preces ac oblationes diriguntur.

Itaq; & sacrificamus, inquit Tertullianus ad Scapulam, pro salute imperatoris, scilicet Deo nostro: sed, quomodo precepit Deus, pura prece. Non enim eget Deus conditor uniuersitatis odoris aut sanguinis alicuius: haec enim sunt demoniorum pabula. Plura uide apud eundem in Apologetico aduersus gentes, cap. 30. & lib. 4. aduersus Marcionem. Lege diuum Ambrosium in Apologia Dauidis, cap. ultimo. Cyprianum sermone 6. de oratione Dominica.

Lactantius de uero cultu sic ait. Nihil autem, sancta & singularis maiestas, aliud ab homine desiderat, ac solam innocentiam, quam si quis obtulerit Deo, satis pie religioseq; litauit.

Et ista sunt uera sacrificia Christianorum, his

E

uictimis

uictimis placatur Deus. Ecclesia quippe nullum  
aliud sacrificium habet, nisi illud ipsum gratiarū  
actionis, ut, prædicato Euangelio, fusiſq; precibus  
ad Deum patrem noſtrū, laudemus ipſum in Chri-  
ſto Ieſu redemptore, per omnia ſæcula ſeculorum,  
Amen.

Hæc pro ſumma ſecundæ partis huius diſputa-  
tionis modo ſufficiunt.

Continet autem in ſe uigintiocto  
propoſitiones, quas ordine  
exponam.

I.

Blasphemia Chriſti eſt, & contume-  
lia Euāgelij, docere quod Miſſa, uel cœna  
dominica, uel deniq; ipſa Cæremonia ex  
opere operato ſine fide, ſit ſacrificium re-  
concilians Deum, & ſatisfactorium pro  
peccatis.

Blasphemia eſt, quare? Quia docere Miſſam  
eſſe ſacrificium reconciliatorium, eſt negare fili-  
um Dei, Chriſtū Ieſum, pro ſalute humani generis  
oblatum ac mortuum. Is autem eſt uerus uſus Miſ-  
ſæ, ſcilicet, admoneri maximè illius promiſſionis à  
Deo per Chriſtū nobis factæ, remiſſionis, nimirum,  
peccatorum,

peccatorum: & summa totius Euangelij in his uer-  
bis sita est. Quid enim aliud docet Euangelium,  
quam per Christum omnia peccata ablata? hic est  
enim agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Hunc  
misit Deus propitiationem pro peccatis nostris. 1.  
Ioan. 2. ipse est pro nobis factus peccator, non au-  
tem actiuus, sed passiuus. Vere enim nostros lan-  
guores tulit & peccata nostra portauit. Esaia. 53.  
& pertulit ea in corpore suo, quò, peccatis mor-  
tui, uiueremus iusticiæ. 1. Petri. 2. qui hoc credit,  
saluus erit. Veh igitur illis, qui in satisfactionibus  
iniungendis ita solent dicere, quod deest tuis satis-  
factionibus, id suppleat Christi passio. Per semet-  
ipsum enim pura facit peccata nostra. Hebræ. 1.

Cæremoniæ sunt res externæ & signa, quæ  
per se non saluant absq; fide: quare usus illarum  
debet esse liber, ne quis peccet, si non fiant, & ne  
quis iustificetur, si fiant. Cæremoniæ sunt mundi  
elementa, ut diuus Paulus inquit, quibus citra scan-  
dalum uti debemus.

Prorsus quidem ridicula sunt & uana, quæ  
Raymundus scribit de Missa, dicēs, Ipsam tot my-  
sterijs plenam esse, quot mare guttis, firmamentum  
stellis, Sol a thomis, Cælum angelis, terra arenis.  
Præterea quod peius est et à ueritate prorsus alie-  
num, animas scilicet, quas in purgatorio esse fingi-  
tur, per hanc Cæremoniam, ut est Missæ celebratio,  
E 2 consequi

consequi remissionem peccatorum suorum.

Nemo enim nescit totam sacram scripturam passim testari, nobis, per unicum filium Dei, si in ipsum credamus, omnia peccata nostra remitti: alias frustra fuisset mortuus, si Missæ celebratio nobis Deum reconciliaret. Ipse factus est pro nobis peccatum, dicente Apostolo ad Galatas 3. ut peccatum deleteret ac damnaret.

Quare insigne & impudens mendacium est, Missam (quod dicit Raymundus: esse diuinum officium ad salutem hominum, & ad consecrationem corporis & sanguinis Christi, à sanctis patribus, nempe à Petro Apostolo et alijs, institutum. Nostra enim salus Christus est, & non applicatio Missæ. Præterea nullum uerbum in sacris literis extat de hoc, quod Petrus seu aliquis inter Apostolos primum missam instituerint, præsertim ut eam Papistici sacrilegi passim celebrant. Apostoli docuerunt Euangelium Christi, & non fuerunt blasphemi. illorum enim scripta & acta clarè docent, præcipuè Epistola ad Hebræos, Christum unicum sacrificium satisfactorium esse pro peccatis totius generis humani: & ipse fuit institutor suæ cœnæ, & non Petrus aut Iacobus aut Ioannes.

Nescio hercle, quas ineptias & nugas tandem Raymundus profert, numerans aliquot uirtutes Missæ, quarum prior hæc est.

Melius

Melius est, inquit, & saluti animarum magis  
conducit, unam Missam audire tota mentis deuoti-  
one, ac omnia largiri pauperibus. Et illud est con-  
tra dictū Christi Matthæi 19. ubi inquit, Si uis esse  
perfectus, uade & uende omnia quæ habes, & da  
pauperibus. In tota scriptura nullibi fit mentio  
Missæ, eleemosinæ autem sæpius: et promittit bene-  
dictionem Dei facientibus Eleemosinam, ut in Deu-  
tero. cap. 15. scriptum reperimus. Fac Eleemosy-  
nam ex substantia tua, & noli auertere faciem tuā  
ab ullo paupere. Thobie 4. & cap. 12. Eleemosina  
liberat à morte, et ipsa est quæ purgat peccata, &  
facit inuenire uitam æternam. Beatus qui intelli-  
git super egenum & pauperem, in die malo libe-  
rabit eum Dominus, Psalmo. 40. Qui dat paupe-  
ri non indigebit, Prouerbio. 28. Quod uni ex mi-  
nimis meis fecistis, mihi fecistis, inquit Christus,  
Matthæi. 25.

Daniel dabat consilium Regi Nabuchodono-  
sor, ut peccata sua redimeret Eleemosinis, Danielis  
4. Deniq; commune decretum erat Apostolorum  
in prima Ecclesia, uti essent memores pauperum,  
sicut Lucas testatur in Actis. Paulus Eleemosinam  
munificentiam, benedictionem, & communionem  
uocat, eo quod Eleemosina cedat in utilitatem tan-  
dantis quam accipientis, Roma. 15.

Secunda uirtus ea est, Si quis audit Missam,

F

3

certum

certum est ipsius consanguineos, interim dum audit, nullam poenam purgatorij sentire.

Und diese lügen möchte man andern wenden greiffen. Nullum iota in scripturis sanctis extat de purgatorio sicuti & de Missa, ut postea dicam.

Tertia uirtus illa est, si quis audit Missam, interim dum audit, non efficitur senex, neq; etiam infirmatur. Sonderlich wenn der Pfaffe ein seel messe helt/die man das Requiem nennet/den da helt man kein Gloria in excelsis Deo/kein Alleluia/keinen Sequenz/vñ auch kein Patrem/Sondern man gehet ripsraps damit fort/wie ein Altreusser/wenn er ein par schue flicken sol.

Quarta uirtus est, una Missa plus ualet & efficit coram diuina Maestate, quam omnes orationes, quae fiunt per omnes Ecclesias in toto terrarum orbe. Hoc est falsum, atq; impudenter mentitum. Per multa tractantur in scripturis de Oratione, de Missa uero prorsus nihil. Omnes sancti Prophetae, Patriarchae, Reges et Apostoli orarunt. Ipse dominus noster Iesus Christus sedulo orauit, & praescripsit nobis modum orandi. Matthaei. 6. Omnes ferme Psalmi Dauidici sunt orationes. Oratio est res multum utilis ac necessaria, praesertim in



tim in tribulatione, teste Propheta regio, Psalmo  
119. ubi dicit. Ad dominum cum tribularer clama-  
ui, & exaudiuit me &c.

Quinta demum uirtus ea est, una Missa cum  
deuotione audita in uita, plus ualet, quam centum  
post uitam. Et hoc est uerum. Nam cum homo Mis-  
sam audit uiuit adhuc, cum uero inter uiuos esse  
desierit, etiamsi mille Missae celebrarentur, nullam  
tamen potest audire. Vocat quoq; haereticos eos,  
qui negant purgatorium. De nomine Missae, lege  
annotationes Beati Rhenani in librum Tertulliani  
de corona militis.

Iodocus Clichtouæus, Euangelicæ doctrinae  
aduersarius, in suis Annotationibus super canticum  
Zachariae Lucae primo (qui aliàs Papistico cano-  
ni, in quo Christus rursus blasphematur, flagella-  
tur, & crucifigitur, summas laudes ascribit, uo-  
cans illum rem arduam atq; sublimen, & ad libe-  
randas animas ex igne purgatorio necessariam)  
fatetur & fateri cogitur, quod Christus Dominus  
noster sit salus totius mundi, per quem solum obti-  
nemus remissionem peccatorum, non nostris meri-  
tis, Sed ex sola Dei misericordia, ut Zachariae uer-  
ba indicant, uidelicet

Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in rem-  
issionem peccatorum eorum.

Per uiscera misericordiae Dei nostri, in quibus  
uisitauit nos oriens ex alto.

Viscera misericordiae Dei, sunt ipsa intima  
& profunda eius benignitas atq; clementia, qua  
nobis post lapsum ad se redeuntibus clementer ig-  
noscit. Et in illis misericordiae uisceribus nos uisi-  
tauit, ut Paulus affirmat ad Titum 3. dicens. Non  
ex operibus iusticiae quae fecimus nos, sed secundum  
misericordiam suam, fecit nos saluos.

Nesciunt igitur Papistae quid garrunt hal-  
lucinanturq; de suis Meritis, Missis, Sacrificijs, &  
Operibus, quae omnia nil sunt, nisi pannus mēstruo  
fœdatus, ut Esaias inquit. Vide ea, quae scripta sunt  
in Actis cap. 4.

Sic uero argumentatur contra istanc propo-  
sitiōem, Leuiathan ille Ioannes Dietenbergius, in-  
quiens.

Sancta Eucharistia, quam altaris Sacramentū  
appellamus, est uerum ac praecipuum sacrificium  
Christianorum.

Huic ita respondet noster Philippus, in suo  
tractatu contra Missam priuatam, inquit. Nul-  
lum est sacrificium, nec fuit unquam, quod merea-  
tur remissionem peccatorum, & quod alijs possit  
adplicari, praeter unicum sacrificium Christi, se-  
mel factum in cruce. Ergo Missa seu opus sacerdo-  
tis, non est sacrificium, quod ipsi uel alijs impetret  
aut adferat remissionem peccatorū. Epi=

Epistola ad Hebræos, cap. 10, Unica, inquit  
oblacione consummavit in perpetuum sacrifican-  
dos. Tota quidem scriptura hoc docet, quòd sola  
mors Christi sit unicum sacrificium seu uictima pro  
peccatis. Ergo ista opinio de adplicatione operis  
sacerdotis in Missa, quæ uocatur oblatio, & affir-  
mat hoc opus mereri remissionem peccatorũ utenti  
& alijs, plane pugnat cum doctrina Euangelij de  
sacrificio Christi. palam enim est, Si sola mors Chri-  
sti est oblatio & precium, propter quod remittun-  
tur peccata, Ergo opus sacerdotis non meretur re-  
missionem peccatorum. Quid potest apertius &  
simplicius dici? Estq; horribilis blasphemia, et pec-  
catum in spiritum sanctum, pro quo non est oran-  
dum, nimirum irremissibile, tribuere hoc, operi sa-  
cerdotis, quod est solius Christi, & fingere, quòd  
alio opus sit sacrificio in Ecclesia, quasi Christi  
sacrificium semel factum non satis sit ad tollenda  
peccata, & impetrandam remissionem, aut fides  
niti debeat, opere sacerdotis. Cætera uide apud  
nostrum Philippum, de Missa priuata & Theatri-  
ca. Vide etiam Methodum illam Sarcerij, in præ-  
cipuos scripturæ diuinæ locos, de sacrificio.

Non sum ignarus, scripturã ueteris testamenti  
de iuge sacrificio mentionem facere, maximè Leui.  
6. Danielis 8. Malachie 1. quod, quia sempiternum  
& Prophetis appellatur, Sophistæ nostri ad Missæ  
sacrificium

sacrificium detorserunt. Quam longissimè autem à scopo aberrauerint, uidere poterit pius lector, perspectum habens, ante Iesum Christum crucifixum non fuisse ullum Missæ sacrificium, Nam ipse dominus Iesus ea nocte, qua traditus est, cœnam dominicam siue Eucharistiam primum instituit, nunc quando sub Mose & Prophetis nondum instituta fuerit Missa, satis euidens est, de illo Missæ sacrificio non loqui, ne uerbum quidem, uetus testamentum.

Inde insipientia illorum colligitur, qui è Mose ac Prophetis nituntur stabilire iuge illud missale sacrificium. Iudæorum autem sacrificia ideo sempiterna uocat scriptura, partim quòd Christum, qui est Rex & Sacerdos in æternum, adumbrant, partim quòd perpetuo in populo Dei permansisset. Quamdiu enim sacerdotium ac regnum Iudæorum steterunt, tam diu etiam illa sacrificia, uictimæ, pacifica & holocausta perdurarunt. Abrogato legali sacerdotio, disrupto Templo Hierosolomitano, & destructa ciuitate sancta, finis quoque corporalium istorum sacrificiorum, iuxta Danielis Prophetiam cap. 9. & 12. subsequutus est, quæ usque ad tempus correctionis imposita fuerint. Hebræ. 9.

Si itaque Missa illud est sacrificium, cuius Propheta meminerunt, planam est iam in Christianismo non amplius Missam esse sacrificium. Desijt enim Iudæorum sacerdotium, quod sacrificia illa  
Leuitica

Leuitica immolabat: desijt et Templū, extra quod non licebat sacra facere. & successit ueteri nouus Israel, in quo omnia sunt spiritualia. Iudæis omnia in figura contigerunt. 1. Corinth. 10. & lex umbra est futurorum, Hebræ. 10. Si itaq; ullum est in Ecclesia Christianorum sacrificium, non è Mose, sed Christo petendū est, Vetera enim perterierunt, & noua facta sunt omnia. 2. Corinth. 5. Hæc ex Althamero.

Igitur Christus factus est à Deo patre peccatum, id est, sacrificium & hostia pro peccatis nostris, ipse in se transtulit peccatum nostrum, factus pro nobis execratio seu maledictum, ut nos benediceremur, liberaremur à peccato, & assequeremur benedictionem, factus est caro, ut nos fieremus Spiritus. Passus est mortem, ne nos moreremur, sed transiremus per mortem ad uitam. Summa, nos non eramus soluendo, igitur pro nobis satisfecit.

Er ist an vnser Stadt getretten / hat vnser Sünde auff sich genommen / ist Bürge vnd selb Schuldig worden.

Quare sedulo agamus illi gratias, & offeremus ei uitulos nostrorum labiorum.

## II.

Tantundem enim hac doctrina, Papistæ suo operi tribuunt, quantum mortis ac meritis Christi.

Hæc

Hæc propositio probari potest ex sacris literis & ex scriptis Patrum. Ex sacris literis. Ioannis primo. Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi, Ergo merita nostra nō tollūt peccata: nā si tollerent, Christus frustra esset è cælo missus, hoc est, incarnatus, passus & oblatus, Frustra ergo gloriamur, frustra q; adornamus nostra merita, quandoquidem non est humanarum uirium, ut salui fiamus. Christus apud Lucam iubet, ut nosmetipsos inutiles seruos uocemus, cum omnia fecerimus quæ nobis præcepta sunt. Si sumus inutiles serui, qui fieri potest, ut meritorum nostrorum sit aliquis usus? cum meriti merces tunc detur, cum fuerimus utiles. Apud Ioannem dicit. Nemo uenit ad patrem nisi per me, Ergo non per merita, sed per Christum uenitur ad Deum. Sine me nihil potestis facere, Ioan. 15. Ergo cum nihil possumus, nihil quoq; meremur. His accedit Epistola ad Romanos per totum. Item Epistola ad Galathas per totum, in quibus Paulus docet, quid sit gratia, quid meritum.

Ex scriptis Patrum.

Augustinus de uerbis Apostoli, Sermonem 15: inquit, Iustificatio tua non est à te, non ex operibus tuis, ne forte dicas, promerui, & ideo accepi. Gratia præcessit meritū tuum, Non gratia ex merito, sed meritum ex gratia. Scriptum est enim. pro nihilo saluos facies eos. Quid hoc sibi uult? Respon-  
sio, Nihil

sio, Nihil in eis inuenis unde salues, & tamen saluas, Gratis das, gratis saluas. Lege eundem de Ecclesiasticis dogmatibus. De natura & gratia, contra Pelagianos Cap. 4. affirmat, nos sola gratia iustificari.

### III.

Cæna Dominica non est sacrificium satisfactorium pro pœna & culpa.

Cæna Dominica est Sacramentum ab ipso CHRISTO institutum, ut, qui habeant fidem in hæc uerba promittentis Christi: quod pro uobis datur & effunditur in remissionem peccatorum, accipiant omnium suorum delictorum condonationem.

Sacrificium autem duplex est, Propitiatorium, & Eucharisticum, Sacrificium Propitiatorium prius esse cepit, quam Eucharisticum. Cum enim Adam primam promissionem acciperet de futuro semine, id est, Christo, credidit huic promissioni: et propter fidem in futurum sacerdotem Christum, propitiatorij sacrificij oblatorem, seruatus est, sicut & reliqui patres omnes. Et ex hac fide & noticia seu agnitione sacrificij propitiatorij, sequitur postea sacrificium Eucharisticum, quo se gratos ostendere uoluerunt pij erga DEVM, propter promissionem et gratiam, in futuro sacrificij propitiatorij oblatore, promissam. Inde

Inde definitur sacrificium propitiatorium  
Opus, quod alij culpæ & pœnæ æternæ remissionē  
meretur, seu opus reconcilians DEVM et placans  
iram Dei pro alijs, satisfactorium pro culpa &  
pœna æterna, & est unum tantum sacrificium pro-  
pitiatorium, nempe, passio seu mors CHRISTI,  
Hebræ. 9.

Quicquid autem dicitur de sacrificio pro-  
pitiatorio in lege Mosi, hoc non est intelligendū,  
ac potuisset mereri remissionem peccatorum co-  
ram Deo, sed fuit opus, quod redimebat iusticiam  
Legis, hoc est, ne is, qui peccauerat, excluderetur e  
republica Mosaica. Tandem significauit futurum  
& uerum sacrificium propitiatorium pro pecca-  
tis coram Deo, Christi uidelicet.

Sacrificium uero Eucharisticum nil aliud est,  
præterq̄ nostræ gratitudinis oblatio, et non mere-  
tur reconciliationem aut remissionem peccatorū,  
sed fit à reconciliatis, ut, pro accepta remissione  
peccatorum, & pro alijs beneficijs per Christum  
acceptis, gratias agant Deo, Deum honorent, De-  
um laudent, & hoc placet Deo propter fidem. Sic  
quoq; in ueteri testamento sacrificium Mosaicum  
erat, in quo offerebant oblationes, ad testandam  
suam obedientiam Filij Israel, et gratitudinem er-  
ga Deum.

IIII.

Vnicum



Vnicum est omnino Sacrificium  
placatorium morientis, uidelicet in cru-  
ce, Christi.

Id clarè docet Epistola ad Hebræos Cap. 10.  
his uerbis, Vnica oblatiōe perfectos effecit in per-  
petuum eos, qui Sanctificantur, id est, Christus se-  
mel seipsum obtulit pro peccatis mundi. Cur igitur  
CHRISTUS (dicat aliquis) offertur quotidie?  
Huic ita respondet Chrysostomus. Offerimus qui-  
dem, Sed recordationem mortis eius, quæ quidem  
unica Hostia est, & semel oblata. Quod à nobis  
offertur, non dicitur oblatio, Sed memoria illius  
oblationis, quemadmodum ipse dixit, Hoc facite in  
meam commemorationem. Non enim toties patitur  
Christus, quoties memoratur passus.

Præterea, ubi est remissio peccatorum, ibi non  
potest esse amplius oblatio pro peccatis, Imo liber-  
tatem habemus adeundi ad sancta per sanguinem  
Iesu.

Quare quisquis es tu, uide, qui per opera cœ-  
lum ingredi temerè conaris, ne teipsum decipias.  
Nam per Sanguinem Domini nostri Iesu Christi  
illuc iter est, hoc est, ut credas Iesum Christum suo  
Sanguine, non te, tuis meritis, promeruisse cœlum.  
Proinde iure prædicatur pontifex magnus, & pon-  
tificum primus & ultimus. Spiritus sanctus Psalmo  
XIO. uocat Christum sacerdotem æternum. Si nunc  
est

est æternus sacerdos, haud dubiè omni hora fungitur munere sacerdotis, offerendo nos Deo patri, ut I. Ioan. 2. patet. Imo tota sacra scriptura mittit nos ad solum Iesum Christum, monens, ut in ipsum solum & non alium nostram fiduciam colloceamus. Etenim ipse alijs pontificibus in tantum præstat, ut ipse sit æternæ salutis author, illi uero umbræ quædam.

Porro quod quotidie offertur, partim fit, ne beneficium Christi, id est, mors & redemptio, è memoria hominum effluat, partim, ut hîc laudes Dei expromantur, id est, ut doceatur Euangelium, in quo studia, opera, & beneficia DEI prædicantur, idq; solet fieri in conuentu fidelium. Vide Chrysostomum super Epistolam ad Hebræos Cap. 9. Christus semel est oblatus. &c.

Tempore paschalis in quadam prosa canit Ecclesia de uictima Paschali, id est, Domino nostro IESU Christo, pro peccatis mundi oblato, in hunc modum

*Agnus redemit oues*

*Christus innocens Patri*

*Reconciliauit peccatores.*

*Agnus iste Dominus noster Iesus Christus est, qui abstulit peccata mundi, ut Esaias Cap. 53. testatur. Oues, id est, genus humanum, fidelis populus, ut Propheta regius Psalmo 94. canit, Nos autem populus eius et oues pascuæ eius.*

*Canunt*

Canunt quoque Papista in quadam prosa de resurrexione Domini

Christi sanguis igneam

Hebetavit romphæam

Amota custodia

Hoc est,

Christus sua morte amouit gladium flammeū atq̄  
uersatilem, qui fuerat positus ad custodiendam ui-  
am ligni uitæ. Hoc idem illa uerba astruunt, san-  
guinem, scilicet CHRISTI, pro nobis in cruce effu-  
sum, hebetasse obtusumque reddidisse illum gladi-  
um, ut non ualeat amplius prohibere aditum Pa-  
radisi, Quoniam preciosus sanguis Christi tanquā  
clauis regni Cœlorum, illum, humano generi ante  
occlusum, reserauit, atque cunctis introitum  
illius patefecit

Item in alia prosa ita canit Ecclesia

Carnis delet opprobria

Caro peccati nescia

Die reflorens tertia

Corda confirmat dubia.

Hoc est,

Christus nō fuit mortis debitor, sed omnino fuit  
expers peccati, peccatum non fecit, teste scriptu-  
ra. Per peccatum autem mors est introducta, nos  
omnes quidem sumus debitores, quia peccatis ob-  
noxij: Propterea Christus per mortem indebitam,  
quam sponte pertulit, nos liberauit á morte debi-

G

ta, non

ta, non solum temporali, sed etiam æterna. Caro ipsius Christi ab omni peccato aliena, delect opprobria, & maculas nostræ carnis uerè peccatrici.

Quartus articulus Symboli Nicæni is est, Crucifixus etiam pro nobis, Hoc est, pro nostra salute ac redemptione, ut prima Petri capite Secundo & Tertio scriptum est, Christus semel pro peccatis nostris mortuus est: Iustus pro iniustis, ut nos adduceret Deo, mortificatus quidem carne, uiuificatus autem Spiritu. Audis ipsum sese obtulisse patri pro nobis, quid ergo tu offers? Nonne Christus una oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos?

Mors Christi totius humani generis mortem destruxit, sicuti per Prophetam Osea Cap. 13. prædixerat his uerbis. Ero mors tua ô mors. Viuificauit enim per suam mortem mundum, idq; propria uoluntate, Vt Esaias cap. 53. testatur inquiens: oblatus est quia ipse uoluit: & diuus Paulus ad Ephesios 5. Ipse dilexit nos, & tradidit seipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo, in odorem suauitatis.

Cumq; antehac sacerdos Mosaice Legis pecudis sanguine soleat expiare peccata, hic proprio suo sacrosancto sanguine expurgauit delicta totius generis humani, atq; ex hac demissione sui, tantam sibi parauit gloriam, ut rediimus ac  
reuerfus

reuersus in Coelum consederit dexter DEI patris  
Maiestati, in qua semper illi æqualis est propter  
natura diuinam.

Mors autem eius non erat poena commissi  
per illum, Sed erat fauor diuinus erga humanum  
genus, quod sua gratuita beneficentia redimi uo-  
luit per mortem innocentissimi Filij sui, DOMINI  
nostri Iesu Christi. Qui, cum adhuc corpus morta-  
le gestaret in terris, preces & obsecrationes obtu-  
lit Deo Patri, qui poterat illum à supplicio crucis  
seruare, nisi maluisset morte filij mortalium sa-  
luti consulere: Obtulit autem ingenti affectu, cum  
ualido clamore, profusisq; lachrimis, & est audi-  
tus: pro Charitate simul ac dignitate, qua ualet  
apud Patrem, impetrauit quod uoluit. Voluit  
enim, non ut supplicium crucis effugeret, sed ut  
sua morte nobis pararet salutem. Sensit horrorē;  
sensit cruciatum mortis, sed uicit amor humani ge-  
neris. Et ob hoc sacrificium ritè peractum cogno-  
minatus est à Deo patre pontifex secundum ordi-  
nem MELCHISEDECH. Verum iste pontifex &  
sacerdos noster ipsos etiam coelos penetrauit cau-  
sam nostram acturus apud Deum Patrem, cui nos  
adducimur p̄ Mediatorem nostrū Iesum Christum.  
Est enim nobis natus & datus, ut Esaias Cap. 9.  
dicit, ut nos unica morte redimeret omnes. Ru-  
giunt uero Papistæ & noui quidam impostores, ex  
illo

illo loco diui Pauli ad Colossenses primo (Suppleo,  
scilicet, quod deerat afflictionum Christi in carne  
mea pro corpore ipsius, mortem Christi non satis)  
fuisse pro abolendis peccatis omnium credentium,  
Sed Apostolos, Martyres, Sanctos cōsummasse de-  
fectum, id est, ipsos quoq; pro expiandis peccatis  
nostris pertulisse mortis supplicium, Deinde etiam  
nos supplere, quod deerat. Horrenda est blasphem-  
ia et conuitium in spiritū ueritatis. Moriendum  
erat Apostolis et Martyribus, quando constitutum  
erat hominibus mori, Hebræ. 9. sed mors eorum nō  
liberauit ipsos à morte perpetua, non placauit irā  
Patris, non fuit redemptio piorum, Sed tantum  
mortis innocentis tessera, & Christianæ doctrinæ  
sigillū, Ac potius fores aperuisset ad mortem, ni-  
si prius morte Christi fuissent redempti. Sola igitur  
mors Christi eripuit nos à morte perpetua, to-  
tum debitum persoluit pro nobis, iuxta illud 1. Io-  
an. 1. Sanguis IESV Christi emundat nos ab omni  
peccato. Nulla mors Patri grata, nisi Filij sui uni-  
geniti, in quo solo dilecto, nos sibi reddidit dilec-  
tos. Nihil igitur horum dixit Paulus, quòd oportu-  
erit sanctos defectum redemptionis nostræ com-  
plere, ut malesani homines Apostolum calumni-  
antur. Paulus agnouerat Christianos affligendos  
& trucidandos pro nomine IESV Christi, Deinde  
Christianorum afflictiones esse Christi, Secundum  
illud

illud Zachariae 2. Qui uos tangit, tangit pupillam  
oculi mei. Et, quod uni feceritis de minimis meis  
fratribus, mihi fecistis, Matthaei. 25. Restabant  
igitur adhuc passiones quaedam, nondum passae a  
capite Christo, passurus easdem in suis membris, id  
est, Sanctis: iuxta illud. 2. Tumo. 3. omnes qui pie  
uolunt uiuere in Christo, persecutionem patien-  
tur. Complere quod deerat afflictionum CHRISTI,  
est suam crucem portare, consortem fieri afflicti-  
onum Christi. Non autem dixit, Ego suppleo re-  
demptionem humani generis, sed patior pro fra-  
tribus, ut confirmentur in Euangelio. In Summa,  
Nemo sanctorum confregit infernum, uicit mor-  
tem, ablegauit Satanam, conculcauit peccatum,  
emeruit nobis regnum Dei, nisi solus Iesus Christus  
Dominus noster, per quem habemus redemptio-  
nem, per sanguinem ipsius, & non per mortem  
Apostolorum aut Martyrum. Ephesios. 1. Colos-  
senses. 1.

Denique ille Hymnus, Rex Christe factor om-  
nium, quem Ecclesia canere solet tempore passio-  
nis Domini, in primis commendat nobis magnam  
illam benignitatem Filij Dei Domini nostri IESU  
Christi, qui propter nostram salutem, non solum  
carnis nostrae substantiam sumpsit, sed & igno-  
miniosam mortem Crucis subire sustinuit, scilicet,  
G 3 ut nos

ut nos eriperet de potestate tenebrarum, ut eterne  
lucis faceret consortes.

Huius hymni quartus uersus is est,

Ligatus es ut solueres  
Mundi ruentis complices,  
Per probra tergens crimina,  
Quæ mundus anxit plurima.

Huic accedit & iste Hymnus, Ad coenam agni  
providi, in quo agitur de mysterio Dominicæ re-  
surrectionis, quòd CHRISTUS spoliato inferno, de-  
uictosq; satana resurrexit de sepulchro. Incita-  
mur autem simul, ac admonemur in illo, ad sumen-  
dum corpus & sanguinem Christi, firma fide &  
corde puro, in memoriam passionis & mortis  
CHRISTI.

Quartus & Quintus uersus hij sunt

Iam Pascha nostrum Christus est,  
Qui immolatus agnus est,  
Synceritatis azima  
Caro eius oblata est.

O uerè digna Hostia,  
Per quam fracta sunt tartara,  
Redempta plebs captiuata,  
Redit ad uitæ præmia.

Christus dicitur nostrum Pascha.

I. Cor.



1. Corinth. 5. quia per ipsum de morte ad uitam  
transimus, Pascha enim idem est, quod transitus.  
Et hinc facile colligitur, nos per solum Christum  
remissionem consequi, & de morte ad uitam tran-  
sire. Cur itaq; seducunt homines, perditii illi ne-  
bulones Papistici sacrificuli, docentens per suas,  
Missas, in quibus Christum rursus crucifigunt, re-  
mitti peccata hominibus? Illud cogitare, est pror-  
sus Diabolicum: illud dicere, est summa in DEVM  
blasphemia.

V.

Huius unici placatory sacrificij com-  
memoratio fit in cœna Dominica.

Huius propositionis ueritas patet ex superi-  
oribus, & concordat cum institutione ac mandato  
Christi, scilicet, Hoc facite in mei recordationem:  
& cum uerbis Pauli, 1. Corinth. 11. ubi dicit, Quo-  
tiescunq; comederitis panem hunc, & de Calice  
biberitis, mortem DOMINI annunciabitis donec  
ueniat.

VI.

Sacrificium Eucharisticum uel sacri-  
ficiu laudis & commemoratiuum, cœ-  
na Domica recte dici potest.

*Sacrificium laudis est, dum non solum ore,  
sed etiam uitæ innocentia DEVM laudamus, & ei  
sacrificamus. De hoc sacrificio Lege Psalmum 49.  
Vide etiam supra, quæ dixi de tertia propositione  
huius Secundæ partis.*

## VII.

*Cæremoniæ applicatio, pro anima-  
bus é purgatorio liberandis, nulla habet  
testimonia, nec mandatû ullum ex scrip-  
turis Sanctis.*

*Mortuorum suffragia inuenta sunt propter  
lucrum: quia animæ beatorum, quæ sunt in perfec-  
to gaudio, cœlesti nimirum, nullo opus habent suf-  
fragio. Damnatorum uero animas, nec ullum potest  
iuuare Suffragium: quia perpetuis cruciatibus &  
pœnis infernalibus sunt obnoxij, iuxta illud, in in-  
ferno nulla est redemptio. Nugæ sunt, quæ Gre-  
gorius in suis Dialogis scribit de purgatorio, Nul-  
lum enim de hoc testimonium In scripturis extat.  
Affirmat etiam per preces, eleemosinas, & ieiu-  
nia, animas ex pœna purgatorij liberari, Secun-  
dum istud Distichon.*

*Missæ, Preces, Dona, Ieiunia, quatuor ista.  
Asoluunt animas, quas ardens detinet ignis.*

*De tor*

De tortoribus autem purgatorij ita gar-  
riunt Monachi

Sunt ibi tortores serpentibus horridiores,  
Deformes, nigri, sed non ad uerbera pigri,  
Nunq̄ lassantur, sed semper ad hæc renouantur.

Author huius Carminis, Fabian  
Smofman.

Error iste de purgatorio ex illo Christi ser-  
mone, Matthæi. 12. Qui dixerit aduersus Spiritum  
sanctum, nõ remittetur ei, neq; in præsentis sæculo,  
neq; in futuro, ab impijs Sophistis excogitatus ac  
inuentus est, quibus peculiare est, Christi uerbum,  
uanis suis interpretationibus ac glossis, deprauare.  
Docent autem esse peccata aliqua quæ in sæculo  
præsentis condonentur pœnitentibus: esse deinceps  
aliqua peccata quoq; quæ in futuro remittantur:  
pro quibus in hac uita non plenè satisfeceris con-  
fessione ac bonis operibus, & ea domũ per ignem  
purgatorium abolenda esse asserunt, iuxta illud  
Matthæi 5. Non exhibis illinc, donec persoluas ex-  
tremum quadrantem. Cum tamen eo loci Christus  
cohortetur ad reconciliationem fratris. &c. Et  
quæ sequuntur de carcere & iudice, non sunt in-  
telligenda de carcere Spirituali, id est, purgato-  
rio, aut de iudice Spirituali, sed de carcere ac iu-  
dice Civili ac corporali.

Donec aduerbium istud, teste Chrysostomo, significat perpetuitatem, id est, non exibis perpetuo, si semel in hunc carcerem fueris præcipitatus, perpetuo illic perdurabis, nunquam liberandus.

Hoc uero quod dicit Mattheus, neq; in hoc seculo præsentis, neq; in Futuro, Marcus exponit dicens, in æternum, cap. 3. Qui conuictum dixerit in Spiritum sanctum, non habet remissionem in æternum, Sed obnoxius erit æterno iudicio.

Textus Euangelij de fatuis uirginibus clare indicat, nullam esse poenam purgatoriam quam mundandæ sint animæ, Ipsis enim oleo carentibus non patet aditus ad nuptias: dumq; oleum emere festinarent, clausa est ianua. Ecce in hac uita est locus poenitentiae, & non in carcere purgatorij. Quicquid homo in hac uita seminauerit, hoc ipsum metet in futura, ut diuus Paulus ad Galathas docet. Diuina ueritas nihil docet de igne expiatorio, qui purgaturus sit peccatores, saltem hoc dicit, Fidelibus paratam esse scelicem requiem, infidelibus æternum cruciatum, & ignem inextinguibilem.

Patet ergo purgatorium nil aliud esse ac decipulam, à Papa & Monachis excogitatam, & uoracissimam foueam, supra quam uniuersæ abominations fundatæ sunt & extractæ, scilicet, mortuorū suffragia, uigilia, depositiones, Septimi, tricesimi,

cesimi, Missæ pro defunctis, & mille huius generis  
impietates: Summa totus Papismus cubat in hoc  
antro. Et si hic ignis flaglare desierit, corruet om-  
nis quæstus sacrificiorum &c.

Necesse est, ut quotquot moriantur, aut in fi-  
de Christi hinc decedant, aut citra eam fidem. Si  
in fide hinc migrant, salui sunt, Sic enim ait: Qui  
crediderit saluus erit: Si uero absq; fide hinc de-  
cedunt, damnati sunt. Scriptum est enim. Qui non  
crediderit, condemnabitur. Lege Euangelium de  
diuite & Lazaro, apud Lucam capite. 16. Diuus  
Paulus 1. Thessalo. 4. uetat nos esse sollicitos de  
dormientibus, tanquam nullam spem Futuræ uitæ  
habeamus, sicuti gentes quibus nulla spes est de fu-  
turabeatitudine. Quòd si purgatorium esset, cõtri-  
stari proculdubio docuisset pro eis Paulus tam ele-  
ctum DEI organum, usq; in tertium Cælum rap-  
tum, quos sciisset tam miserè affligi cruciatibus.

Et Patres quoq; negant ullum esse purgato-  
rium, Hieronymus in Ecclesiasten Salomonis. Mor-  
tui, inquit, nec iustè possunt agere, nec peccare,  
nec adijcere uirtutes, nec uitia. Lege Ambrosium  
de bono mortis Cap. 2. Cyprianus contra Deme-  
trianũ, Hic, uita, inquit, aut amittitur, aut tenetur.  
Lege Chrysostomum concione Secunda de diuite  
& Lazaro. Isychium lib. 6. Cap. 19. in Leuiticum  
Mosi. Augustinum super Psalmum 32. & super  
Ioannem

Ioannem tractatu. 12. Seneca sic dicit, de rebus  
incertis nõ debes affirmare, sed incertum iudicium  
tene. Theophilactus super Caput. 25. Matthæi.  
Post uitam illam, inquit, non est tempus pœnitendi  
& operandi, proinde Dominus dicit fatuis Virgia  
nibus, nescio uos.

### VIII.

Non leue peccatum est, Cœnam  
Dominicam a Christo institutam ad re-  
cordationem & prædicationem suæ mor-  
tis inter uiuos celebrandam, transferre ad  
mortuos.

Mortui enim non possunt recordari passio-  
nis & mortis Christi. iuxta illud Psalmographi.  
Non mortui laudabunt te Domine: Item, In infera  
no quis confitebitur tibi?

### IX.

Patres cum appellant Missam sa-  
crificium, loquuntur non de sacrificio  
Hilastico, sed Eucharistico.

Huius propositionis ueritas supra est ostensa.

### X.

Ideoque

Ideoq; cœna Dominica ab ipsis uo-  
cata est Eucharistia.

XI.

Certum est igitur, illa figmenta de  
merito operis operati, nusquam extare  
apud Patres.

XII.

Patres cum de usu Sacramenti lo-  
quuntur, de duplici effectu loquuntur.  
Primum, de consolatione conscientia-  
rum: deinde de gratiarum actione, seu  
laude.

Ad hoc enim institutum est Sacramentum cor-  
poris & sanguinis Christi, primum, ut nos admo-  
neat beneficij Christi, & excitet in nobis fidem, &  
consoletur conscientias nostras. Christus enim te-  
statur, ad nos pertinere suum beneficium, cum no-  
bis suū impertit corpus, & nos sibi adiungit tan-  
quam membra, qua non potest alia coniunctio  
propior cogitari, Dat enim sanguinem, ut testetur  
se nos abluere, Secundo, accedit et is finis, scilicet,  
gratiarum actio, pro tanto beneficio: excitemur  
quoq; ad bene operandum, ostēdamus fructus cha-  
ritatis erga proximum nostrum, & si quid est hu-  
iusmodi.

Pertinet

XIII.

Pertinet autem horum effectuum prior ad usum & rationem Sacramenti, posterior uero ad sacrificium refertur Eucharisticum.

*Huic propositioni conuenit cum superiori.*

XIIII.

Et de utrisq; effectibus extant orthodoxorum Patrum testimonia.

*Horum quaedam supra recensui.*

XV.

Sed aduersarij, etiam rectissime dicta a patribus, ad suum opus operatum pro alijs applicandum detorquent contra patrum sententiam.

*Hoc testatur liber Eccij de sacrificio Missæ, & phimosomus scripturariorum Ioannis Dietenbergij.*

XVI.

Patres enim aperte requirunt fidem, ac non de applicatione pro alijs, sed de propria



propria cuiusq; consolatione ex, usu Sa-  
cramenti percipienda, loquuntur.

### XVII.

Corpus enim Domini in cruce se-  
mel oblatum pro debito originali, iu-  
giter offerri, pro peccatis ac delictis, in al-  
tari, ut habeat in hoc Ecclesia munus ad  
placandū sibi Deum, figmentū est Tho-  
misticum, authore Satana inuentum.

### XVIII.

Pugnat enim ex Diametro contra  
*ἐναντιομίαν* fidei, de qua ad Rom. 12.

Ex diametro pugnare est prouerbiū dissi-  
militudinis & dicitur de uehementer inter se pu-  
gnantibus, Vide erasmm. Epistola Pauli ad Ro-  
manos, est præcipuus et proprius locus Euangelij,  
qui nobis semper in conspectu esse debet, qui glo-  
riam & officium Christi nobis ostendit, pauidas  
conscientias erigit & consolatur. Nam alij, qui  
docent homines reputari iustos propter opera, re-  
linquunt conscientias incertas, utrum Deo place-  
ant nec ne. Hæc dubitatio est uera desperatio &  
impietas. At hæc sola Doctrina Pauli de, fide cer-  
tas red

tas reddit conscientias, quod certò placeant propter CHRISTUM, non propter propriam qualitatem aut opera, si modo credant, quod propter CHRISTUM Deo placeamus. Hæc Melanthon. At contra hanc Doctrinam & analogiam fidei pugnat signum Thomisticum in 17. propositione recitatum.

### XIX.

Impudens mendacium est & hoc, quod opus audiendi Missam non intellectam, cultus sit & profit auditori sine intellectu, tantum ex opere operato, & quia sic fiat & spectetur.

Vide supra quæ dixi de prima propositione huius Secundæ partis.

### XX.

Simpliciter etiam Iudaica est opinio, qua docent Antichristi, Sacramenta, non ponenti obicem, conferre gratiam ex opere operato sine bono motu utentis.

Vide locum communem de Sacramentis, apud nostrum Melanthonem.

### XXI.

Aduersarij Euangelicæ doctrinæ uehementer aberrant, existimantes in nouo Testamento

Testamento externū quoddam sacerdotium esse oportere uel sacrificium, quo pro populo sacrificent ipsi, & mereantur alijs remissionem peccatorum.

*Contra hunc errorem lege Epistolam ad Hebræos. Per totum.*

### X XII.

Sed nulla litera uel ex Scripturis uel ex patribus orthodoxis proferri potest, quæ in hac re patrocinetur Scholasticis, contrarium enim ait Augustinus, Quod fides Sacramenti, non Sacramentum iustificet.

*Sacramenta sunt signa uoluntatis Dei erga nos, seu testimonia promissæ gratiæ, et quia addita sunt promissionibus, Ideo, sicut promissionem accipi fide necesse est, ita oportet in usu Sacramentorum accedere fidem intuentem promissionem. Hæc noster Philippus.*

### X XIII.

Diligenter Spiritus sanctus in scripturis cauit, ne hoc nomen sacerdos uel sacerdotium ulli Apostolo aut officio attribueretur, Sed in scripturis tantum Baptizatorum

tizatorum & Christianorum est titulus,  
ut hæreditarium nomen ex Baptismo. 1.  
Petri. 2.

Raymundus definit Sacerdotem hoc modo.

Sacerdos est homo masculus, consecratus, ie-  
iunus, mente & corpore mundus, & quo ad tem-  
pus determinatum, debite ordinatus. Estne hæc  
definitio sacerdotis satis egregia atq; elegans? bo-  
ne Deus, quantas uirtutes sacerdotem decet habe-  
re, harum si una quis caret, nullo modo sacerdos  
dici aut Missam celebrare potest. Illas autem om-  
nes uidemus in nostris sacrificulis Papisticis.

Primò, sunt homines, quippe oportet eos esse  
homines & non angelos, Angeli enim non sunt sa-  
cerdotes, neq; igitur possunt celebrare Missam.

Secundò, sunt masculi quoq; id quod testan-  
tur Spuriij illi et nothi, quos ex concubinis suis, pes-  
simis scortis, impudentissimis meretricibus, & sor-  
didis demum propudijs, gignunt. Certè palàm est,  
quomodo uitam in lustris agunt, nil sciunt, nilq;  
possunt, præterquam scortari, mœchari, lupari, lu-  
strari, committere inçestũ, perpetrare foeditatem  
in masculos, abuti Catamitis, hoc est, pueris meri-  
torijs, quod illis concessum est à Deo suo Papa.

Postremò, ipsissimi sunt de quibus S. Paulus  
loquitur ad Roma. 1. 1. Corin. 6. Ephe. 5. Hebræ.  
12. Colossen.

12. Colossen. 3. I. Petri. 2. & propterea oportet  
 eos esse masculos, & non fœmellas. Nam fœmelle,  
 uti sunt Moniales, quas Nonnas uocant, & ipsorū  
 concubinae, non celebrant Missas, Sed sunt illis sal-  
 tem loco altaris, cum scilicet sua popana perlitare  
 soleant Baccho et Veneri, seu potius meretrici illi,  
 de qua scriptum est, in Apocalipsi. cap. 17. quæ  
 sedet super aquas multas, & cum ea scortati sunt  
 reges terræ, & inebriati sunt qui inhabitant ter-  
 ram de uino prostitutionis eius. Et est circumda-  
 ta purpura & coccino, et inaurata auro, & lapi-  
 de præcioso & margaritis, habens poculum aure-  
 um in sua manu plenum abominationibus & im-  
 mundicia libidinis suæ, & in fronte eius nomen  
 scriptum Mysterium, Babylon magna, scortatio-  
 num mater & abominationum terræ. Et est mulier  
 ebria sanguine sanctorum, & de sanguine Marty-  
 rum Iesu. &c. Quia,

Colere simulachra,	sacrificare.
Committre adulteria,	porricere.
Indulgere uitiosis affectibus,	Est Immolare.
Concumbere cum masculis,	apud libare.
Incestum committere,	ipsos, litare.
Studere auaritiæ & rapacitati,	facere uotū.
Turpia & obscœna uerba loqui,	
Et pijs offendere aures,	Adolere.

H z

Ecce

Ecce sic solent Papistici nostri sacrificuli in  
sacris operari.

Tertio, sunt etiam consecrati, iuxta uernacula  
lam linguam quod dici solet, zum stricke oder  
zum Galgen geweiht. Propter remouen-  
dam scilicet opinionem hereticorum, (ut ipsi so-  
lent asserere) qui dicunt quemlibet Christianum  
deuotum posse offerre seu celebrare Missam.

Quarto, sunt quoq; ieiuni, ut ostendunt ipso-  
rum uentres, Das sie sie wol auff einent  
Schaubekarn vor sich her führen mö-  
gen. Quidam tamen ex ipsis ieiunant, sed sicut  
hypocrite tetrici, qui solent suas facies obscurare,  
quò perspicuum sit hominibus ipsos ieiunare, ut in  
Euangelio Matthæi. cap. 6. legimus.

Quinto, mundi sunt mente & corpore, per  
Antiphrasin scilicet, quod notum est lippis ac ton-  
soribus, Ipsorū enim immundiciem uel bimi infan-  
tuli, ferme iam possunt decantare. Lege meum li-  
bellum de coniugio sacerdotum. Proinde sic lo-  
quitur illis diuus Bernardus. ô clerice, quomodo  
labijs oscularis filium uirginis, quibus paulò ante  
osculatus es labia meretricis? Videas ne osculo tra-  
das filium uirginis. Bernarde quid ais? decet ita lo-  
qui de tam sanctis uiris? Sihe zu das du es  
nicht zu grob machest.

Postremo,

Postremo, sunt debite quoq; ordinati, induti  
nimirum sacris uestibus & calceati, quæ præcipue  
ad Missam solent requiri, quandoquidem Missa  
tale officium sit, unde hominibus, uita, salus, & re=  
missio omnium peccatorum, contingere solcat. Po=  
test enim nullus, nisi calceatus & sacris uestimentis  
indutus, celebrare Missam. Denn es ist ein  
weiter weck zum himel / welchen man  
durch Meshalten verdienen mus / wie  
sie sagen vnd glauben / Demnach mus  
man kleider vnd schue haben / vnd wol  
gerüstet sein / so man zum himel wil /  
ob etwa ein vngewitter komen wür=  
de / das man sich konne auffhalten. Es  
kan auch kein Mönch oder Pfaffe zum  
himmel kommen / wo er nicht mit einer  
kappe / oder in einem Mesgewant in  
das grab geleyet wirdt / etc.

XXIII.

Sicut liberum est in qualibet lingua  
prædicare Euangelium Christi, ita libe=  
rum est in qualibet lingua administrare  
Sacramenta Christi.

Apostoli accepto Spiritu sancto uarijs linguis  
coeperunt loqui, Acto. 2. Scriptura enim sacra  
accipienda

accipienda est & exponenda secundum proprietatem linguæ, in qua est edita. Vide hac de re diuum Augustinum lib. 3. de doctrina Christiana. Isychium lib. 5. cap. 141. In Leuiticum Mosi.

Authoritas Ecclesiæ olim in concilio Viennensi sollicitè statuit, de parandis trium linguarum doctoribus.

### XXV.

Missam igitur, id est, coenam Dominicam, Germanica lingua celebrare, liberum est.

Anno domini 624. primam latinam Missam celebrauit Ioannes Portuensis Episcopus, in sexta Synodo Constantinopolitana. Patet igitur ante istud tempus Missam quoque alijs linguis celebratam fuisse, cur non etiam Germanica lingua?

### XXVI.

Hoc paradoxon affirmamus, in Papiasticis Missis uere accepisse Ecclesiam corpus Christi sub specie panis, iuxta seruata[m] ordinationem Christi.

### XXVII.

Calicem uero quem non porrexerunt,  
sed



sed ipsi Papistæ soli hauserunt, tantum  
uinum fuisse dicimus, nec aliud eos bibis-  
se. Et sic seipso defraudauerunt altera  
parte Sacramenti.

### XXVIII.

Cum tamen dicant pro solis sacrifi-  
culis utramq; speciem institutam esse.

*De his omnibus supra satis superq; dictum  
est.*

*Tantum de parte secunda.*

### Tertia pars.

**H**oc agit, Quod in priuata Missa Papistica  
non adsit uerum corpus & uerus sanguis  
Christi. Et potest probari ex scripturis sanctis,  
& ex scriptis Patrum.

### Ex scripturis Sanctis.

**S**i quis loquitur, loquatur ut cloquia Dei. I.  
Petri. 4. Deus autem nusquam in scripturis  
oblationis Missarum meminit, neq; ullam uerbum  
de illa est locutus: quare quicquid in Missa priua-  
ta Papistica est, hoc impium est ac falsum: Et quan-  
doquidem institutioni Christi apertissimè repug-

H 4

nat, ut

nat, ut supra annotatum est ex Philippo, & Christi uerbo ac uoluntati horribiliter contradicit, tanquã abominatio desolationis stans in loco sancto, fugienda est atq; damnanda. Propterea, diabolicum est cogitare, antichristicum dicere, & tandem idolatricum credere, scilicet, in illa esse uerũ corpus & uerum sanguinem Christi.

In plurali dixit Christus, Λάβετε, φάγετε, Et Πίετε ἴσχυ αὐτοῦ πάντες. Et Paulus, τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας, ὃ εὐλογοῦμεν, ὅχι κοινωνία τοῦ αἵματος τοῦ χριστοῦ ἔστι; τὸν ἄρτον ὃν κλώμεν, ὅχι κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ χριστοῦ ἔστι; ὅτι εἰς ἄρτος, ἐν σώμα ὁ πολλοὶ ἔσμεν. οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἐνὸς ἄρτου μετέχομεν. Idem in alio loco inquit, Ἐγὼ γὰρ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ κυρίου, ὃ καὶ παρέδωκα ὑμῖν. Hinc uocatur cœna Dominica σύναξις, id est, communio seu communicatio, quòd sit cœna communis congregationis in Ecclesia. Vocatur etiam εὐχαριστία, id est, gratiarum actio, quòd utentes hoc cœna, agnoscant beneficium Christi, & Deo agant gratias. Vocatur et διαθήκη, in quo donatur nobis remissio peccatorum propter Christum, cuius mortem quoq; donec ueniat, annunciare debemus.

Christus nusquam præcepit, ut offeramus suũ corpus & suum sanguinem, quemadmodum pessimi nebulones Papistici illi sacrificuli faciunt, sed ut mandu-

ut manducemus & bibamus, & alijs quoq; distri-  
buamus, cum ait, Hoc facite in meam commemora-  
tionem.

### Ex scriptis Patrum.

**D**iuus Augustinus super Psalm. 92. ita dicit.  
Ego uobis fingere potero, & subito ero  
falsus dispensator & ineptus fabulator. Ergo fin-  
gere extra Euangelium est fabulari, mentiri &  
fallere, Missa autem priuata Papistica nullum ha-  
bet testimonium, ne iota quidem, in scripturis, Sed  
est inuentum Diabolicum, humana traditio, man-  
dato & uerbis Christi aperte repugnans, Quare,  
quicquid in illa est, hoc falsum est, fictum, fabulo-  
sum atq; mentitum, Sequitur ergo, quod in ipsa  
non adsit uerum corpus & uerus sanguis Christi.

Concilium Toletanum admonuit Sacerdotes  
qui officium docendi in populo Dei susceperunt,  
ut legant sanctas scripturas, dicente Apostolo ad  
Timotheum, Attende lectioni & exhortationi doc-  
trinae, & semper in his permane. Sciant itaq; sa-  
cerdotes, Sanctas scripturas, & omne opus eorum,  
in praedicatione & doctrina consistere, non dicit  
in oblatione Missarum, aut in alio quolibet Papi-  
stico ritu.

Deus in scripturis praecipit, ne quicquam  
uerbo suo addamus, aut detrahamus, Et diuus Am-

brosius dicit, uerbo Dei nihil addendum esse. uel  
quod bonum uidetur, si non bonum, Multominus  
igitur malum addendum erit. Vch itaq; & iterum  
ueh Papæ & toti Monachorum sacrilego cœtui  
cum impijs ac idolatricis suis Missis, quibus unicū  
& summum istud sacrificium Christi offendunt,  
eiq; plane contradicunt. celebrantes enim eiusmodi  
Missas impias ac idolatricas, negant Christum  
filium Dei ac unicum redemptorem, & saluato-  
rem mundi, pro peccatis nostris passum ac mortu-  
um. Præterea non solum adplicant opus Missæ pro  
uiuis ac mortuis, uerumetiã pro fame, peste, bello,  
tempestate, frugibus, et si quid est huiusmodi. Item,  
in honorem, Mariæ, Annæ, Petri, Pauli, Laurentij,  
Francisci, & reliquorum sanctorum, quorum ta-  
men nulla mentio facta est in institutione cœnæ.

Cyprianus in quadam Epistola sic inquit, Ad-  
ulterum est, impium est, sacrilegum est, quicquid  
humano furorc instituitur, ut diuina institutio uio-  
letur. Ergo Papa cum omnibus membris suis, beatus  
de schürlingen vnd bletlingen, sunt adul-  
teri, impij & sacrilegi, quia institutionem corpo-  
ris & sanguinis Christi peruerterunt, spoliantes  
Ecclesiam altera specie Sacramenti, uini scilicet: et  
sic mandatum Christi uiolant, ut testatur conciliū  
Constantiense celebratum anno à Christo nato  
1414, facientes quoq; ex sacra communione,  
hoc

hoc est, publico congressu contuentue fidelium,  
priuatum sacrilegium, speluncam latronum et hæ-  
reticum quoddam consortium. Lege Cyprianum  
de libris ueteris & noui testamenti, Et in Sermone  
de lapsis.

Nobis necessarium est, inquit Origenes, sanc-  
tas scripturas in testimonium uocare, sensus quippe  
nostri ac enarrationes sine his testibus non habent  
fidem. Et ne ullum quidem tota in sanctis scriptu-  
ris extat de priuata Missa Papistica. Quamobrem  
nullum testimonium ex illis potest adduci atq; pro-  
ferri, quod in tali Missa priuata adsit uerum cor-  
pus & uerus sanguis Christi. Idem homilia 7. su-  
per Esaiam. Non sumus, inquit, aliorum sermonum  
discipuli, nisi cœlestium.

Sermones aliorum, nempe Papæ, Monachorum,  
& cæterorum sacrilegorum sunt hi, scilicet, offer-  
te, sacrificate pro uiuis ac mortuis. Item, circum-  
ferte cum magna pompa organorum, campana-  
rum, cærearum, cantionũ. etc. Sermones uero cœ-  
lestes sunt, Accipite, Comedite & Bibite, & mor-  
tem Domini annunciate donec ueniat.

Lege Cyprianum lib. 2. Epistolarum, Episto-  
la. 2. & in Sermone de ablutione pedum. Igna-  
tium ad Ephesios & ad Magnesianos. Erasmus  
super nouum testamentum.

Hæc modo pro summa tertiæ partis in hac  
disputatione

disputatione sufficiunt, nunc ipsas propositiones  
quarum sunt quadraginta duæ, exponam.

I.

Papistica Missa priuata non habet  
præceptum, neq; ordinationem, neq; in-  
stitutionem, nec deniq; finalem Christi  
habet intentionem, sed mera inuentio &  
traditio humana est, sine uerbo Dei.

Soli enim uerbo Dei debetur prima fides,  
etenim nemini cedit, est & manet uerum in perpe-  
tuum. Missa autem priuata Papistica sine uerbo  
& mandato Dei à Papa & Monachis est inuenta  
atq; instituta, ergo non est credendum neq; accipi-  
endum quicquid in priuata Missa Papistica trac-  
tatur, Christus quidem dixit, Accipite, comedite,  
bibite omnes, Non accipe, comede, bibe, **Wie die  
pfeilers pfaffen thun in iren winckel/  
messen.** Paulus dixit, Conuenientibus uobis &c.

II.

In Missa priuata non solum abusus est  
& peccatum horrendissimum, sed etiam  
ipsa substantia institutionis Christi peni-  
tus sublata est, Et ordinatio Christi in-  
uersa, & Antichristica ordinatio supposi-  
ta est.

Hoc

Hoc uerum esse, satis probat noster Philippus  
tum ex sanctis scripturis, tum etiam ex patribus in  
libello suo, contra Missam priuatam.

III.

Christus instituit & uult ut Sacramen-  
tum totum administraretur etiam pro alijs  
pijs. At Papistæ in priuata Missa nihil  
porrigunt alijs, sed pro se priuatim reti-  
nent, Et hoc est notissimum.

III.

Christus instituit Sacramentum sui  
corporis & sanguinis ad commemorati-  
onem sui, & ut prædicetur mors ipsius, At  
Papistæ nihil prædicant, nihil docent de  
morte Christi in Missis priuatis.

Mors Christi est satisfactio pro nostris peccatis,  
Ut istud distichon clarè indicat, quod est,  
Mors, mortis morti, mortem ni morte dedisset,  
Cælorum nobis Ianua clausa foret.

V.

Christus instituit Sacramentum al-  
taris ad certificandum conscientias de re-  
missione peccatorum, & alendam & con-  
fortandam fidem suorum, At Papistæ  
seducunt

seducunt & auocant homines & consci-  
entias a fide, a doctrina gratiæ, & faciunt  
ex Missa proprium opus operatum, & sa-  
crificium quod applicant pro uiuis &  
mortuis, & quod tanquam bonum opus  
uendunt pro pecunia.

Huc quoq; pertinent ea, quæ supra dixi in se-  
cunda parte ad Propositionem duodecimam. Eti-  
am uide Philippum nostrum in libello de usu inte-  
gri sacramenti, Quod uero Papistæ suas Missas  
idolatrias tanquam opus bonum pro pecunia uen-  
dunt, fit, Als wenn die alten mütterlein  
Messen bestellen in S. Annen ehre / in  
S. Lorenzen ehre etc. vmb ix. pfen-  
ning.

## VI.

Papistici sacrificuli non sunt ministri  
Ecclesiæ Christi, sed ministri Baal, & serui  
uentris.

Et hoc est apertissimum, quoties enim cele-  
brant suas Missas impias, toties filium Dei, Domi-  
num nostrum Iesum Christum, rursus crucifigunt.  
Palam quippe est, ipsos negare Christum, totius  
mundi saluatorem, pro peccatis nostris mortuum  
esse, et ad nostram iustificationem resurrexisse. De  
quibus diuus Augustinus ita dicit. Indignus sacer-  
dos, ut est cōcubiniarius, simoniacus, proprietarius,  
ebriosus,



ebriosus, & huiusmodi, quot uerba in canone recitat, toties spuit in faciem saluatoris. Dum ipsum eleuat, tunc impio uerberat pugno, dum diuidit, crucifigit. Et dum sumit, in cloacam immundissimi et indignissimi sui corporis proiecit. Hæc ille.  
**Vnd das heist die warheit gesagt.**

Regius Propheta David Psal. 5. uocat eos guttur, & tale guttur, quale est sepulchrum patens. Lege diuum Paulum primo capite ad Titum.

Ministri Christi ij sunt, qui docent Euangelium Christi, & administrant Sacramenta secundum institutionem Christi, non illi, qui seruiunt uentri, ut Papistici nostri sacrificuli, qui nihil sciunt neq; possunt, præterquam celebrare impias ac idolatricas Missas, item mœchari, scortari, potare, clamare, blasphemare, &c. ut supra dictum est.

Ministri Christi docti sint ac sciant legem Dei, et tunc sunt ueri sacerdotes. **Aber wo findet man einen vnter den hurnpfaffen/der geleret ist/alleine das er ein Requiem lesen kan?**

Vide Ezechielem cap. 34. Malachiam cap. 2. & alios locos scripturæ, de scientia uerbi Dei, quam unusquisq; Episcopus siue sacerdos habeat.

Diuinis enim præceptis, atq; Apostolicis monitis incitatur, ut pro omni Ecclesiarum statu impigro uigilemus affectu, ut inquit Leo Papa. **La-**  
**tratis**

tratu quippe canum & baculo pastorum lupisunt  
arcendi.

Proinde sacerdotes ignavi ac improbi desti-  
tuendi sunt ab officio, ut patet ex Osea cap. 4. Za-  
charia 13. Hieremia. 23. Ezechiele 44.

Hilarius primus statuit, ignaros literarum non esse  
sacris initiandos.

Alexander secundus statuit, Ecclesiastica benea-  
ficia non nisi bonis & doctis personis conferenda.

Nos uero uidemus iam contrarium, wie die  
vngelerten hurnpfaffen die almosen  
so schendlich verzeren.

Extat in decretis Papisticis quidam canon de  
Ebrijs sacrificulis, scilicet, Clericus, quem ebrium  
fuisse constiterit, triginta diebus à communione  
abstineat. **Izunder vermöchten sie nicht  
mit xxx. jaren zu zukomen.**

Si in Apostolorum loco sumus, non solum ser-  
monem eorum imitemur, sed etiam conuersatio-  
nem & abstinentiam. Hæc diuus Hieronymus in  
Michæam.

Carens literis sacris, non potest esse aptus offi-  
ciji, inquit Gelasius.

Nemo quippe in Ecclesia Dei amplius nocet,  
quàm qui peruersè agens, nomen uel ordinem san-  
ctitatis & sacerdotis habet.

Episcopus itaq; qui talium crimina non corri-  
git, magis

git, magis dicendus est canis impudicus quam Episcopus, Hæc diuus Augustinus. Sed hoc quomodo fieri iam possit nescio, nostris Episcopis modo illud dici potest, nempe. Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum. Iuxta uulgare istud dicterium, Wenn der Apt würffel aufflegt/so mögen die brüder wol spielen. Quomodo potest esse aliorum medicus, qui ipsemet hulceribus scetet?

### VII.

Papistici sacrificuli non sunt personæ consecrantes, quia non ordinantur nisi ad Missas priuatas, & ad sacrificandum, ut quibus dicitur, Accipe potestatem sacrificandi pro uiuis ac mortuis.

Et sic sacrificium Christi nullum est: etiam in totum mentitur Epistola ad Hebræos, quæ docet Christum filium Dei uiri unicum esse sacrificium propiciatorium pro peccatis totius mundi, Vehementer æternum ueh tantis blasphemis.

### VIII.

Papistica fides in Missa priuata Turcica est ac diabolica. Nam credunt se in Missis priuatis offerre Christum Deo patri pro uiuis ac mortuis, & docent se ex opere operato placare Deum uiuis ac mortuis.

tuis, quibus ipsi hoc opus applicāt ac uen-  
dunt.

*Lege Philippum contra Missam priuatam. Et  
Epistolam ad Hebræos cap. 10.*

IX.

Nulla Sacramenta uirtute humana fi-  
unt, sed solo uerbo, ordinatione, ac man-  
dato Christi.

X.

Igitur uirtute & efficacia unctionis &  
ordinationis Papisticæ, & sola uerborum  
Christi pronuntiatione ex opere operato  
facta, effici corpus & sanguinem Christi,  
tam putidum est mendacium, quam ipsa  
est rancida unctio.

XI.

Nam Sacramentum corporis & san-  
guinis Christi, nemo sibi priuatim potest  
conficere.

XII.

Nec ipsa quidem tota Ecclesia facere  
sibi potest Sacramentum.

XIII.

Ad substantiam uero Sacramenti his  
tribus opus est, uerbo, elemento, & præ-  
cepto uel ordinatione Christi, iuxta illud.  
Accedat uerbum ad Elementum, & fit  
Sacramen-

Sacramentum. Augustinus super Ioan.  
Tractatu 8.

XIIII.

Si deest uerbum & ordinatio Christi,  
ac deniq; mandatum Christi, nullum ef-  
ficatur Sacramentum.

XV.

Sacramentum non dicitur Sacramen-  
tum sacrificuli Missarii, Sed Sacramentū  
Christi & Ecclesiæ, Christi ordinantis, in-  
stituentis ac dantis, Ecclesiæ accipientis,  
& pie, ac secundum ordinationem & in-  
tentiōem Christi, utentis, & gratias agen-  
tis. &c.

*Et hæ prædictæ propositiões semetipsas expo-  
nunt, nulla alia declaratiōe aut expositione egen-  
tes. Vide tamen locum communem de Sacramen-  
tis, apud Sarcerium.*

XVI.

De hac ordinatione, ut supra dictum  
est, aliquid detrahere uel immutare, nulli  
creaturæ, & ne Angelis quidem in cœlo,  
fas est, iuxta illud. Si ego uel Angelus e  
cœlis &c. Anathema sit.

*Vide ea quæ dicta sunt ad sextam Propositio-  
nem primæ partis.*

XVII.

1 2

Ex his

Ex his omnibus, firmiter, uere, ac certo colligimus, iudicamus, docemus, credimus & pro certissimo scimus & affirmamus, in Missa priuata Papistica non adesse uerum corpus & sanguinem Christi, Sed tantum nuda & pura elementa, panem & uinū & præterea nihil. Nec aliud sibi sumit sacrificulus Papisticus in Missa priuata, quam panem & uinum elementaliter, nec aliud Ecclesiæ ostenditur circumstanti, quam panis & uinum.

#### XVIII.

Non recipimus commentum Papisticum, quo ipsi suæ priuatae Missæ intentionem & fidem Ecclesiæ prætexunt.

*Imo ea admittimus, & iure quidem, quæ Christus docuit, ordinauit ac mandauit. Nam ipse ueritas est &c.*

#### XIX.

Nec admittimus prouocationem ad Ecclesiam, Quia non prouocant ad ueram Christi Ecclesiam, Sed prouocant ad Rhomanam & Papisticam Ecclesiam, quam non agnoscunt nec audiunt oues Christi:

*Ecclesia*

Ecclesia uera, est coetus & congregatio om-  
niū Christi fidelium per totum orbem terrarum, &  
non solum Rhomæ. Quanquam Rhomana Ecclesia  
non est Ecclesia, id est, populus fidelis, sed potius  
colluuius pessimorum hominum, scilicet, furum, la-  
tronum, scortatorum, blasphemorum, et similium.  
Est etiam tanquā Equus Troianus unde tot hære-  
ses, tot schismata, & si quid est huiusmodi, proue-  
nerunt. meritò itaq; nihil moramur, sed contemni-  
mus magis prouocationem illam ad Rhomanam  
Ecclesiam, quæ est spelunca latronum, & solum  
uersatur circa humanas traditiones.

Nos credimus & amplectimur unam sanctam  
Ecclesiam, nimirum Christi, quæ est multitudo pio-  
rum, id est, Credentium; cuius meminit diuus Pau-  
lus, ad Ephe. 5. in qua est consensus fidei, consen-  
sus animorum, consensus unius baptismatis, consen-  
sus unius & ueri Dei, ut Paulus ad Ephe. 4. testa-  
tur, Et quæ est domus Spiritualis, sacerdotium  
sanctum, Genus electum, Gens sancta, Populus qui  
in lucrum accessit, Populus Dei, Viui lapides, sanc-  
ti, quia Dominus sanctus est, ut Apostolus Petrus  
cap. 2. Epistolæ prioris affirmat, Et quæ est Gene-  
ratio, quam possedit Deus ab initio Psalmo: 73.  
uinea electa, Hierem. 2. participatio timentium De-  
um, Psalmo 18. Germen delectabile, Esaie 5. Ciui-  
tas Dei. Psalmo 100. Habet autem adhuc alia

multa nomina in sanctis scripturis, quorum ne minimum quidem, imò nec unum, Ecclesia Rhomana unquam agnouit.

Hæc est igitur uera Ecclesia, Ecclesia Christi, quæ nullo modo potest cognosci, nisi tantummodo per scripturas, & ad hanc nos prouocatū iri libenter sinamus. Etenim ipsa in Apostolica radice est fundata, Quia rectè in Deum credit, & pro ea orat Dominus. De hac legere potes Chrysostomū Homilia 19. in 7. caput Matthæi. Augustinum Epistola 38. ad Letum, de contemptu mundi, Et in Sermone de omnibus sanctis Hisychium lib. 4 cap. 14. in Leviticum Mosi. Cyprianum lib. 3. Epistolarum, Epistola 3. Theophilactum, in primum caput prioris Epistolæ ad Corinthios.

## XX.

Neq; patres neq; patrum exempla patrocinari Papistis in hoc negotio possūt.

Deus pater cœlestis præcepit, ut filium suum unicum, Dominum nostrum Iesum Christum, audiamus, non aliquem patrum aut Monachum: quam patres nostras partes piè defendant, ut supra ostensum est atq; probatum: atq; eatenus sint audiendi.

## XXI.

Quod



Quod enim de scripturis non habet  
authoritatem, eadem facilitate contem-  
nitur qua probatur.

Propositio illa ad uerbum desumpta est ex  
commentarijs diui Hieronymi in 23. caput Mat-  
thæi. Idem in quadam Epistola ad Minerium &  
Alexandrum, Meum, inquit, propositum est, anti-  
quos legere, probare singula, retinere quæ bona  
sunt, & à fide Ecclesiæ catholicæ non recedere. Et  
ad Ctesiphonem sic scribit.

Quod à nobis asseritur, sanctarum scriptu-  
rarum testimonijs adserendum est, in quibus quoti-  
die credentibus loquitur Deus. Per fidem enim  
ambulamus, non per speciem, ut diuus Augustinus  
inquit.

Titubat autem fides, si diuinarum scripturarū  
uacillat authoritas. Vide quæ supra dixi, in pri-  
ma parte, de collatione authoritatis scripturæ &  
Ecclesiæ.

## XXII.

Nusquam ueteres scriptores ante Gre-  
gorium mentionem faciunt Missarum  
priuatarum.

Gregorius in Rhomanū pontificem electus, sta-  
tim cœpit plurima noua inuehere, in primis uerò,

nouum Missandi ritum, condidit canonem, & unum ritum etiam ex omnibus Ecclesijs consecrauit: quem Albertus canonis ordinatorem ob id uocauit.

Vide Rationale diuinorum, & quæ scripta sunt in fasciculo temporum.

XXIII.

Superstitio, aut uana persuasio de sacrificio, uel opere operato, aut certe questus, priuatam Missam pepererunt.

Et hoc uel cæco apparet.

XXIII.

Nullum sacrilegium maius, nec ulla iniuria, uel blasphemia, grauior excogitari potest, contra unum Christi in cruce morientis sacrificium, & contra mortis ipsius meritum, quam abominatio abominationum Missæ priuatæ, quam, mentitur Satanas & Antichristus, conferre gratiam ex opere operato, uel applicatam pro alijs, uenialium & mortalium peccatorum, item culpæ & pœnæ remissionem eis mereri.

De hac Propositione satis superq; supra disputatum est, in secunda parte huius disputationis.

XXV.

Si ex priuata Missa, ut ex opere operato, est

ro, est iusticia, Ergo Christus frustra mor-  
tuus est, inanis fides, & irrita promissio, &  
impacata & incerta relinquuntur con-  
scientia.

Ein solch ding ist es vmb die win-  
kelmessen oder pfeilersmessen / das sie  
das ganze Christenthumb / vnd das  
liebe heilige Euangelium mit füssen  
tritt.

### XXVI.

Dicendo, quod in Missa priuata non  
adsit corp9 & sanguis Christi, & quod sa-  
cificuli Missarij non sint personæ conse-  
crantes, neq; Ecclesiae Dei ministri, non  
tollimus e regno Papistico Sacramentū  
corporis & sanguinis Christi, nec nega-  
mus Ecclesiam ueram & ministeriū do-  
cendi fuisse in regno Antichristi. Quia  
abominatio stat in loco sancto, & aduer-  
sarius ille, filius perditionis, & homo pec-  
cati, sedet in templo Dei.

Vide doctissimum commentarium nostri Phi-  
lippi in 9. caput Danielis. & super 24 caput  
Matthaei. Theophylactum super 2. caput, Epistolae  
2. ad Thessalonicenses.

### XXVII.

Certam est, hanc esse ueram, sanctam,  
I 5 & catho-

& catholicam Christi Ecclesiam, quæ ha-  
bet ueram doctrinã Christi, & utitur Sa-  
cramentis iuxta ordinationem & man-  
datum Christi.

Hinc diuus Chrysostomus inquit, Qui uult  
cognoscere quæ sit uera Ecclesia Christi, unde  
cognoscat, nisi tantummodo per scripturas? Non  
enim est in parietibus Ecclesia, sed in multitudine  
piorum. De Ecclesia satis dictum est.

### XXVIII.

Nemo autem, nisi aduersarius ueri-  
tatis Antichristus, negabit apud Luthera-  
nos, ut nunc odiose uocant, esse puram  
doctrinam Euangelij & Sacramenta ab  
ipso Christo instituta, & usum uerum Sa-  
cramentorum.

Vide & lege Apologiam confessionis Chri-  
stianorum principum ac Ciuitatum, Rhomanorum  
Imperatori olim Augustæ exhibitam &c.

### XXIX.

Vbi autem est uerbum Christi & sana  
doctrina, ibi sunt omnia diuina & sanc-  
ta, Regnum Dei, Regnum Christi, Spiri-  
tus sanctus, Sacramenta, Ministerium uer-  
bi, fides, charitas, patientia in afflictioni-  
bus, & Crux, uita, salus, & omnia quæ ad  
Ecclesiam pertinent.

Est quippe

Est quippe uerbum Dei unicum remedium aduersus incredulitatem, tentationes & tribulationes. Vt enim corpus cibo, sic anima Dei uerbo pascitur ac fouetur, iuxta illud. Non in solo pane uiuit homo, Sed in omni uerbo, quod ab ore Dei procedit. Deut. 8. Regnum Dei uariè usurpatur in scripturis sanctis.

Primò, pro gaudio, quo fruuntur animæ fidelium per fidem ex hac uita emigrantes, & ad Deum peruenientes, & quæ conspectu eius etiam exhilarantur, Vide Euangelium Matthæi cap. 25.

Secundò, accipitur pro tota congregatione et republica credentium, siue sanctorum, adhuc in hac uita uersantium, quam quidem in terra Deus inuisibiliter regit & inhabitat, Vide Euangelium Lucae cap. 17.

Tertiò, usurpatur pro ipso sacro Euangelio, id est, pro uerbo Dei. Nam sceptrum est, quo Deus per corda credentium regnat atq; habitat. Vide Euangelium Matthæi cap. 5. Et Lucae cap. 8. Lege Chrysostomum quoq; in opere imperfecto. cap. 23.

Quartò, accipitur etiam pro aduentu Christi.

Quintò, sumitur pro ipsissima fide. Vide Epistolam Pauli ad Romanos cap. 14. et I. Corint. 4.

Sextò, accipitur pro retributione, quam accipiunt aut iusti pro mercede iusticiæ, aut peccatores pro culpa peccati.

Septimo

Septimò, usurpatur etiam pro iusticia, iuxta illud, Auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.

Octauò, sumitur pro cœlesti doctrina, iuxta illud. Regnum Dei non est cibus neq; potus. Vide Cyprianum super orationem Dominicam. et locū communem de Regno Christi apud Sarcerium.

Postremò, in hoc seculo est regnum gratiæ, id est, regnum Christi, in quo Christus regnat in nobis per fidem uerbi. At in extremo iudicio, quando Dominus uenturus est iudicatum tam uiuos quàm mortuos, tunc reuelabitur regnum Dei, regnum gloriæ Dei, reuelatio gloriæ filiorū Dei per Christum, cum credentes computabuntur inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum erit, Sapien. 5. Non quod diuersum regnum sit, Sed quod nunc cernimus per speculum in ænigmate, tunc uero facie ad faciem, id est, plena reuelatione diuinæ nature. I. Corinth. 14.

Nemo uero ibit inficias, scilicet, tutius esse uersari in regno Christi, quantumuis cruce sit tectum, quàm in regno mundi. Regnum mundi non nisi magna, sublimia, & ditia petit: parua, deiecta & humilia, spernit ac respuit. Regnum uero Christi, citra omnem respectum, tam magna quàm parua, tam ditia, quàm humilia, regit, gubernat & auget.

Spiritus

Spiritus sanctus est uirtus Dei, omnium uiuifica-  
trix, altrix, sotrix & consummatrix, cuius so-  
lius afflatu fit, ut Deum & cognoscamus: & ame-  
mus, similesq; tandem illi euadamus. Qui Spiritus,  
est arrabo & pignus gratiæ, & fert testimonium  
cordi nostro dum clamamus, Abba pater &c.

Spiritus sanctus duas in nobis energias excitat,  
Prior est, quod facit nos credere in solum Christum  
Iesum, hoc est, facit nos credere per asperisionem  
sanguinis Domini nostri Iesu Christi, a peccatis  
purgari, & saluos fieri. Vide locum communem  
de Spiritu sancto apud Sarcerium. Posterior est,  
quod illapsus pectoribus nostris facit nos obedi-  
tes præceptis Dei, mortificantes carnem, fruentes  
Spiritu: breuiter, seruietes Deo ex toto corde &  
ex ueritate.

Sacramenta sunt ceremoniæ seu ritus in Euan-  
gelio instituti, qui proprie pertinent ad hanc præ-  
cipuam promissionem, & Euangelij propriam,  
scilicet, De remissione peccatorum. Et sunt tria tan-  
tum Sacramenta, Baptismus, Absolutio, & Coena  
Domini. Ideo enim baptizamur, ut credamus, no-  
bis peccata condonata esse. Sic etiam Absolutio &  
coena Domini admonent nos, ut credamus certo no-  
bis remitti peccata.

Papistæ septem numerant Sacramenta, qui-  
dam uero quatuor, &c. Sed nihil opus est rixari  
de numero

de numero Sacramentorum. Nam si Sacramenta  
uocamus, non solum ceremonias in Euangelio in-  
stitutas, sed etiam alias res, aut opera, quibus addi-  
tae sunt diuinae promissiones, multa poterunt Sa-  
cramenta numerari, Vt, oratio erit Sacramentum,  
est enim opus quoddam nostrum, & habet magni-  
ficas promissiones. Iuxta illud. Quicquid petierit-  
is patrem in nomine meo, dabit nobis. Item Elce-  
mosynae & afflictiones erunt quoq; Sacramenta,  
Sunt enim opera diuinis promissionibus ornata, Vt,  
Date, & dabitur uobis. Et tristitia uestra uertetur  
in gaudium. Matrimonium etiam hoc modo potest  
dici Sacramentum, Est enim res externa, uerbo Dei  
ornata, habens suas promissiones: & significat spi-  
rituale connubium ac societatem, quae nobis est cum  
Christo, ut Paulus docet ad Ephesios. Demum, eti-  
am Magistratus istoc pacto erit Sacramentum: quia  
est certum genus bonorum operum, & ornatum  
uerbo Dei, habens suas promissiones, ut in Epistola  
ad Romanos cap. 13. docet nos diuus Paulus.

Ministerium uerbi habet mandatum Dei, uide-  
licet, ut doceatur & audiatur. Et habet ingentes  
promissiones. Euangelium est potentia Dei ad sa-  
lutem omni credenti. Roma. primo.

Fides est uiuax quaedam & indubitata persua-  
sio, qua homo certus est, se habere propitium &  
ignoscentem Deum in omnibus, quae aut fecerit aut  
gesserit.



gesserit. Propitium in bonis, & Ignoscentem in malis.

Fides desponsat nos Christo, Osee. 2. Sponsa bo te mihi in fide, et scies, quia ego sum Dominus. Et hæc est energia fidei, quæ non sinit se à Christo auelli, etiamsi totus mundus, totus infernus, se opponant. fides non pudefit, non potest se continere, quin operibus suis se prodat, ut uidere potes de muliere illa apud Matthæum cap. 26. quæ coram omnibus conuiuis plerisque ridentibus, plerisque destomachantibus, ad pedes Christi cecidit, & super caput eius unguentum effudit.

Vide locum communem de fide, apud Sarceriũ. Item de charitate, de cruce, et de uita æterna, apud eundem.

### XXX.

Christus enim dicit, Ad eum ueniamus & mansionem apud eum faciemus. Et, Ecce sum uobiscum usque ad consummationem sæculi.

Vide Augustinum Tractatu 76. in 14. caput Ioannis. Theophilactum in ultimum caput Matthæi.

### XXXI.

Vere igitur habent Lutherani in cœna Dominica, quod Christus ibi adesse astruit, uidelicet, sub pane, uerum corpus Christi,

Christi, & sub uino, uerum sanguinem  
Christi.

XXXII.

Etiam si Lutherani non eisdem ser-  
uent Papisticos ritus, tamen uere sunt de  
ouili Christi.

Hoc fateri coguntur aduersarij. Testis quoq;  
est Apologia confessionis, quam principes Christi-  
ani & reliqui pij ipsis scedere iuncti ante aliquot  
annos Cæsari Augustæ exhibuerunt, testes quoq;  
sunt egregij illi libri Doctoris Lutheri, Philippi,  
Ionæ, Pomerani, Spangenbergij, et aliorum catho-  
licorum scriptorum.

XXXIII.

Non enim consistit Ecclesiæ unitas in  
ijsdem ritibus, Sed in unitate uerbi, Sacra-  
mentorum, Spiritus, & fidei, posita est.

Vide supra quæ dixi, ad propositionem deci-  
mam nonam, de Ecclesia.

XXXIIII.

Nec uenit regnum Dei cum obserua-  
tione. Ergo nihil impediunt ordinatio-  
nem Christi, quo minus uera sint Sacra-  
menta, etiam si non seruentur humanæ  
traditiones, iuxta introductæ, sine uerbo  
Dei.

Vide Theophilactum, & Brentium super 17.  
cap. Lucae. Sicut

XXXV.

Sicut uerbum Dei non est alligatum locis, personis & huiusmodi, ita nec Sacramenta.

Et pietas Christiana non est alligata loco.

Volo autem uos orare in omni loco, & leuare puras mentes, inquit diuus Paulus 1. Thimo. 2.

XXXVI.

Vnctione igitur Papistica nihil opus est ad Ministerium uerbi ac Sacramentorum.

Huius enim nullam mentionem fecit Christus cum institueret suam coenam, & mitteret discipulos suos ad praedicandum Euangelium per totum orbem terrarum.

XXXVII.

Habet enim Ecclesia Christi potestatem ordinandi ministros ad docendum Euangelium, & ad administranda Sacramenta, etiam sine rancido oleo Papistarum, ac sine rasura.

Esset quidem ordo non indignus ut inter Sacramenta numeretur, modo ut intelligatur & ipsum ministerium Euangelij, & uocatio ad ministerium docendi Euangelium & administranda Sacramenta. Prodest enim diligenter ornare ministerium uerbi, et scire homines, quod Spiritus sanctus datur

K

tus datur

tus datur per ministerium uerbi, ne alias illuminationes extra uerbū, et sine uerbo quæramus, quemadmodum fanatici Spiritus faciunt. Deinde de ordinatione, hoc est, de Vocatione ad Ministerium uerbi prodest intelligere, quòd Deus approbet uocatos ab Ecclesia, et uelit adesse eorum Ministerio. Et sic demum illustranda est ministerij dignitas. Huncq; ordinem meritò approbat Ecclesia, non illum Papisticum, scilicet, cū ordinantur personæ ad sacrificandum pro uiuis & mortuis, &c.

### XXXVIII.

Sicut Ecclesia habet Euangelium, Baptismum, Spiritum, fidem, sine unctiōe & rasura Papistica.

Baptismus est signum certum transitus à morte ad uitam, iuxta illud, ad Roma. 6. Qui in Christum baptizati sumus, in mortem eius baptizati sumus, hoc est, sicut scimus certò Christum per mortem ad uitam transiisse, Ita nihil dubitamus, nos certò transituros à maledictione ad benedictionem. Et hæc est præcipua significatio Baptismi.

### XXXIX.

Non sunt hic humanæ uirtutis opera proposita, qui tunc ipse fecit in illa cœna, idem nunc quoq; facit, Nos ministro- rum tenemus locum, qui uero sanctificat ea, & immutat, ipse est hæc est illa mensa, & minus

& minus nihil habet, nō enim illam quidem Christus, hanc autem homo perficit, uerum & hanc ipse quoq;. Hæc ille.

XL.

Hæc diui Chrysoftomi sententia Evangelica, testis est, nihil locum, nihil personam, nihil altaria, nihil deniq; unctionē ac rasuram Papisticam facere ad substantiam Sacramenti.

XLI.

Hæc adeo uera sunt, ut qui ista neget, is eadem ratione, Deum, scripturam & omnia negare possit.

Et hoc faciunt Papistæ, ut supra ex ipsorum argumentis est ostensum.

XLII.

Hos articulos, quod utraq; pars Sacramenti pertineat ad totam Ecclesiā, quod Missa non sit sacrificium Hilasticum ac Satisfactoriū, quod in Missa priuata Pa-

K 2

pistica

pistica non sit uerum corpus & uerus sanguis Christi. & postremo, Quod unctio & rasura Papistica non sint necessaria ad ministerium uerbi & Sacramentorum in Ecclesia (sicut cæteros omnes) adiuuante Spiritus sancti gratia, ex sacris literis defendemus.

*Tantum de tertia parte.*

*Finis Exegeticos propositionum de negotio  
Sacramenti corporis & sanguinis Do-  
mini nostri Iesu Christi, cui sit laus,  
honor, benedictio & gratiarum  
actio in secula seculorum,  
rum, Amen.*

RESPONDENS Ad  
opponentes.

Mirari noli, quod in hanc descendere arcanam  
Ausus ego fuerim, docta corona uirum.  
Ardua (crede mihi) res est, quam nempe subiui,  
Et non exigui grande laboris onus.  
Sed non aggressus tam duras sumere partes,  
Ni modo preposito gratificatus eram.  
Cui certè fuerat iustum parere monenti,  
Illius incoepti solus is author erat.  
Ipse ego non tantum munus, nisi iussus, obiui,  
Idq; meis humeris sponte nec imposui.  
Ergo laceffit cum sim duce præfule nostro,  
Nostrum conatum consule quaeso boni.

DE VARIIS  
APPELLATIONIBVS CHRI  
sti, ex libris ueteris ac noui  
testamenti.

FOELICISSIMAE INDOLIS  
summæq; spei puero, Hemeramo Schey-  
ringo, clarissimi excellentissimiq; uiri,  
D. Ioannis Scheyringi, patricij  
Magdeburgensis, Equitis au-  
rati, uicecomitis Palatini,  
Artium & utriusq; Iuris  
Doctoris filio, Domi-  
no ac Mæcenati  
suo futuro.  
S. D.



*E*GO certè non soleo, immò  
meo more est alienū, cuiquā  
bono uiro, scilicet, meis scri-  
ptis obstrepere, Hemerame  
charissime suauissimeq;.  
Quapropter mirabere for-  
tassis, cur ausus fuerim, pa-  
terem tuum Oratorem egregium atq; nobilem, Sa-  
pientis



pietiae quoque nomine admirandum, et tandem negotiorum fluctibus obrutum, his meis lucubrationibus seu scriptis interpellare, Ceu Bubonem, quod dici solet, luscimiae canere conueniat.

Verum nolo ut sis nescius, istud propter multas causas et pias et honestas à me esse factum.

Primò quidem, omnino digna erant docta illa themata de negotio Sacramenti corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi, quae, clarissimus simul ac doctissimus uir D. Nicolaus Conradus Glossenus, sacrae Theologiae Licentiatus, et Ecclesiae Magdeburgensis inspector, ante biennium, ni fallor, in lucem edidit: ut ex sacris literis et orthodoxorum patrum scriptis illustrarentur (Quamquam sint per se clara, aperta, firma et uera) et sic denuo promerentur in publicum.

Deinde ipsius persuasus, themata ista contra argumenta opponentium in hoc nostro ludo literario pro publica disputatione defendenda suscipi. Etsi uero uires meae non satis sufficere uidebantur ad subeundum istud munus, tamen putabam absurdum esse et praeter decorum, huic uiro, qui in literis humanioribus non solum praecellit, uerum etiam dignitatem pontificiam integritate uitae conduplicat, in re tam sancta tamque honesta, non obtemperare uelle. Oportet itaque me ita loqui cum Homero, αἰδῶσθε μὴ ἀνίνασθε θεῶν δὲ ἕωπιόσδε.

K 4

Tertio.

Tertiò, quod Excegesin hanc patri tuo uiro clarissimo humanissimoq; dedicavi, ipsa honestas à me postulauit. Decet enim gratum ac memorem esse pro acceptis beneficijs, quibus me praeuenit tuus pater.

Quamobrem grauisimo crimini obnoxius forem, si tam constantis tamq; benignae liberalitatis exemplum sine ulla mentione transgrederer, & non scintillam aliquam gratiae mentis in me esse significarem.

Est praeterea dignus cui perpetui decernantur honores. Etenim non solum multiuiga doctrinarum cognitione antecellit, uerum quoq; accomodatissimus est per Sapientiam suam administrationi rerum publicarum ac priuatarum. Demum etiam literatorum est magnificus amator & fautor, qui molestè solet ferre, quòd in hac urbe sunt, qui literas callent, & nesciuntur. Quare non potui publico hoc scripto celebre ac praecclarum ipsius nomen non decantare ornareq;.

Etsi uero istud munusculum ualde exile sit ac planè impar, ut suis in me benefactis ex aequo respondere ualeat, tamen confido pro singulari ipsius erga me pietate & beneuolentia, sibi fore non iniucundum, cum ipse quoq; soleat, τῆ πρὸς θυμῶν τοῦ διδούντος ὅτι τῆ χάριτος τοῦ διδομένου πῶς χάριτω διαμετρήσῃ. Sed haecenus de his.

Verum

Verum cum sciam simul ac uideam, cha-  
rissime humanissimeq; Hecrame, te quoq; uesti-  
gijs, tanti uiri, Patris tui inquam, inherere, uolui  
etiam te aliquo literario munusculo donare. Iam-  
dudum enim placuit, ἐς πεδίορ τὸρ ἴσσορ, pro-  
uocare. Occino itaq; tibi istud carmen magni poc-  
te, quale est, καὶ σὺ φίλος, μάλα γὰρ σ' ὀρόω κα-  
λόντε μεγάλτε, ἄλκιμός ἐσθ' ἵνα τίς σε καὶ ὀψι-  
γόνωρ εὖ εἴπη. Scis enim turpe esse bene natis, ma-  
le uiuere, præsertim cum de improbis filijs dici so-  
let istud Homericum, ἄλλ' οὐχ υἱός ἐν ἔντεσι πα-  
τρὸς ἐγήρα, ἔ' uetus prouerbium, scilicet, ἀνδρῶν  
ἡρώων τέκνα πῆματα. ἔ' illud quoq; οὐ πα-  
τρῶικὰ ἀυλῆ μέλη.

Veteribus quidem fuit illud obseruatum, præ-  
stantium scilicet uirorum filios multum abfuisse à  
moribus progenitorum. Vnde ἔ' Demosthenem  
dixisse legimus, à uiris egregijs, perinde quasi fato  
quodam id accidat, improbos filios proficisci. Et  
hodie uulgo iactatur, uidelicet, ex sapientissimis  
patribus stultissimos liberos propagatū iri. Quare  
ita dixit Homerus, παῦροι γὰρ τοὶ παῖδες ὁμοῖ-  
οὶ πατρὶ πέλονται, οἱ πλέονες κακίστε, παῦροι δ' ἐ-  
τε πατρὸς ἀρείους.

Verum hæc nihil ad te, Hecrame optime,  
Scio enim quantum curæ quantumq; diligentie  
parentes tui honestissimi, mihiq; admodum chari,

K S

ad

adhibet, immo ipsos accuratissimos esse, et in hoc negotio ne utiquam dormire manifestum est, scilicet, ut pie & sancte instituaris, primum in cultu diuino, deinde in cognitione optimarum disciplinarum, & tandem in morum integritate ac probitate. Quamuis uidentur iuxta prouerbi, τὸ πρῶτον χόρτα ὀτρύνειν, tamē nihil uetat te admonere eius, quod alioqui tua sponte facturus eras. Est enim uerū quod poeta Sulmonensis dixit, Acer et ad palmam per se cursurus honores, Si tamen horteris fortius ibit equus. **Denn was ein guter hō/ker wil werden/ das pfeget sich in der zeit zu krümmen.**

Quandoquidem autem explorata fatetur ueritas, patrem tuum uirū doctissimum humanissimumq; non modo in sacrosancto studio Theologico, exquisitē uersatum, uerumetiam humanarum literarum peritissimum esse, Ita quoq; persuasum habeo, quod in hac parte sanctorum patrum, et aliorum bonorum hominum exempla de institutione liberorum scilicet, pie imitatur.

Inter quos primus homo Adamus suos filios Abelum & Cainum instituit, ut præ omnibus numen cœli adorent uenerenturq;. Esset enim hoc sapientia primaria. Hunc secutus est Noë, qui suos filios docuit, ut non solum uerecundē, sed religiosē quoq; hoc est, cum honore atq; dilectione, parentes suos

suos adcant. Thobias senior filium suum Thobiam  
iuniorem ab ineunte aetate erudit, quomodo Deū  
timere debeat.

Discimus etiam ex libris ethnicorum, quā ac-  
curati fuerint Ethnici, ut ipsorum liberi probè ac  
rectè educarentur seu instituerentur. Ex quibus  
Cato maior seipsum liberis suis praeuit præcepto-  
rem. Cæsar Augustus quoq; in literis politioribus,  
Lucium & Caium, quos per aēs & librā ab Agrip-  
pā patre emerat, & in spem successionis adopta-  
rat, erudit. Philippus Rex Macedonum, filium su-  
um Alexandrum, Aristoteli instituendum tradidit.  
Demum maluit, Paulus Aemilius, filios suos in libe-  
ralibus disciplinis institui, quā opibus ac diuitijs  
locupletatum iri, ut author est Plutarchus.

Equidem, mi Hemerame, non dubito, quin mag-  
ne huic expectationi, quam tui parentes, & alij  
quoq; egregij homines de te cōceperunt (tua enim  
indoles, & generosa et clara, talem expectationem  
illis promittit) sis tandem satisfacturus.

Tibi enim innata est claritudo atq; dexteritas  
ingenij, habes etiam indolem bonam atq; in culpa-  
tam. Præterea tibi non deest animus uaria morum  
honestate præditus: et es deniq; illustri ortus fami-  
lia.

Quapropter merito te refero in album meo-  
rum amicorum atq; fautorū, quos hic habeo, Horū  
autem

autem precipui sunt, D. Licentiatus, dominici gregis custos indefessus, qui mei nominis est studiosissimus.

Tuus parens, uir doctrina admirabili clarissimus, qui non rempublicam sibi, sed se reip: dicauit: is me singulari amore prosequitur. Clarissimi uiri, D. Adamus Schneidewint, utriusq; iuris Doctor, homo certè ornatissimæ facundiæ, qui mihi impensè fauet. D. Fridericus Lohr, Medicinæ Doctor, homo profecto, cuius eruditioni respondet morum integritas, ideoq; amplissimis laudibus est honestandus. In cuius laudem, non possum non uti uersibus istis doctissimi uiri elegantisq; poetæ, Cypriani Vomelij, in Epitaphio clarissimi Viri D. Gregorij Copi, Medicinæ Doctoris, qui in Christo obdormiuit, quales sunt,

Herbarum uires nunquã Podalirius ipse,  
Certius hoc poterat perdidicisse uiro.

Is inquam est precipuus meus fautor. D. Sebastianus wernerus, collega & cooperarius meus in uerbo Dei, in hac nostra Ecclesia Vdalrichiana, homo pius & doctus, & tandem in cognitione trium linguarum, Hebraicæ, Græcæ & Latine satis instructus, is me singulari prosequitur fauore. Doctissimus uir M. wilhelmus Riphenus, celeberrimi huius ac famigeratissimi nominis Gymnasij Magdeburæ

Magdeburgensis Rector fidelissimus ac uigilantissimus, unà cū cæteris suis collegis, & Wolffgango Romdingero, homine (ut me Deus amet) Musarū charitumq; munificentia ornatissimo. Georgio Thymo Cygneo, poeta eleganti et casto. Ioanne Blichrodio conterraneo, optimarum disciplinarum milite fidelissimo, ij inquam me amant, & miscent mecum familiaria commercia. Clarissimus ac optimus uir D. Stephanus Lentke, huius ciuitatis patricius, præclarum quidem prudentiæ specimem, splendidisq; uirtutum ornamentis decoratus, is me non solum diligit, uerum mihi benefacit quoq;.

Michael Lotherus Typographus, qui in genuas artes earumq; professores plurimi æstimat, ipsius autem spes in me ita recumbit, ut non recusauerit charissimum pignus filium suum mihi instituendum committere. Ioannes Bernardus, homo doctus atq; probus, cuius ædes sunt ἀνδρῶν ἐγναίονος, quod dicitur, studiosis. ad quas tanquam ad Asylum seu ad portum quendam confugere solent: isq; assolet meis rebus fauere. Ioannes Schneidewint Myropola, homo certè multa probitate conspicuus, & tam liberalis, ut in ingratisimos quoq; sua solet conferre beneficia, Is me licet immerentem singulari fouet patrocinio. Matthæus Mollerus, homo prudentiæ nomine uenerandus, cui uirorum eruditorum genus quàm plurimū placet, is quoq;

is quoq; ex animo mihi bene uult. Balthazar Edel  
de Plato, Generoso sanguine cretus, homo timens  
ac amans Deum, qui sacrosancti Euangelij mini-  
stros admiratur, eosq; meritò amat. Est etiam ip-  
samet uiua uirtutũ imago, in quo prudentiæ equa-  
litas cum probitate morum certat.

Marcus Konnigstet, homo quidem multa pro-  
bitate conspicuus, is multa in me confert beneficia.  
Ciriacus Pflumkern edituus noster, ille bonus homo  
me magnificat, & est adeo deuotus, ut serè dixe-  
rim, ipsum Numa religiosiorem fore, & adhuc alij  
quorum nomina hic recensere, prudens omitto.  
Volunt etiam esse mei amici nonnulli, qui se uer-  
bis quidem amicos præstant, cogitatione autem  
struunt insidias, ipsorum amicitia inquam habet  
fucum, & quasdam beneuolentiæ prestigias, quare  
abeant illi, sed præcor, ut det ipsis Deus mentem  
saniozem.

Cæterum ut ad te redeam, Hemerame Charis-  
sime, non ignoras, me tibi pollicitum esse, te scilicet  
aliquo literario munere donatum ire, proinde ut  
dicas posthac me stetisse meis promissis, dedico tibi  
hunc Tractatulum de Varijs appellationibus, seu  
nominibus Christi ex libris ueteris ac noui testam-  
enti, quem ad finem huius Exegeticos, imprimen-  
dum curauit, & rogo, ut istud munus, quantumuis  
exiguum ac uile, leto et bono à me animo accipere  
digneris.



digneris. Christus Iesus, filius Dei uiui, & humani  
generis saluator, gubernet tua studia, quo ad no-  
minis sui gloriam & Ecclesie ædificationem ce-  
dant, Amen. Vale foelicissimè, mi Hemerame, &  
saluta meo nomine reuerenter et amanter patrem  
tuum uirum optimum & doctissimum, quem Deus  
optimus maximus, instaurandæ ueræ pietati, bonisq;  
literis euehendis, diu tueatur incolumem. Volo eti-  
am ut meis uerbis accuratè salutes, honestissimam  
uereq; piam & multis uirtutum generibus dota-  
tam foeminam, tuam matrem, filiam meã in Chri-  
sto charissimam. Datæ Magdeburgi, Dominica  
Esto mihi. Anno 1546.

M. Leonardus Iacobi Northu-  
sianus, Sacrosancti Euangelij  
minister, apud Magdebur-  
gensis, in Ecclesia Vdal-  
richiana.

# DE VARIIS APPELLATIONIBVS SEV nominibus Christi, ex libris Ve- teris ac Noui testamenti, Tractatulus.



*S*acra scriptura dicit, Ergo  
& nos catholici & credi-  
mus et confitemur, Christum  
esse pignus diuinæ promissi-  
onis, per quem & gratia,  
hoc est, fauor Dei, & Spiri-  
tus sanctus promissus est, qui  
corda illuminat, innouat, & legem implet. Ipse  
enim est legis plenitudo: quare subinde inculcatur  
& memoratur, ut nihil aliud, tam in lege quam  
Prophetis, præter unum Christum quæramus, fideq;  
constanti obseruemus.

Est enim Dominus noster, ut illum sacra scrip-  
tura appellat, nomine scilicet maiestatis, ne quis  
putet eum contemnendum. Propterea, quòd homo  
propter nos, ad formam crucis sese demiserit: &  
est commendatio gratiæ, quòd Deus, in quem pec-  
cauimus, est factus pater noster, & Christus Domi-  
nus noster, qui propter peccata nostra mortuus est.  
Vnde

Vnde scriptura dicit, οὕτως γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς  
ὁς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ  
ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πισεύων εἰς αὐτὸν, μὴ ἀπο-  
ληταί, ἀλλ' ἔχη ζωὴν αἰώνιον, αὕτη δέ ἐστὶν ἡ  
αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσι σε τὸν μόνον ἀληθι-  
νὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας ἰησοῦν χριστόν

Qui est primogenitus uniuersae creaturae,

Splendor gloriae Dei,

Expressa imago diuinæ substantiæ,

Deus uerus de Deo uero,

Ab eterno genitus à patre, generatiōe incogitabi-  
li & inenarrabili, hoc est, decente Deum,

Non factus,

Eiusdem substantiæ cum patre,

Opifex archangelorum,

Ministrans patri ad creationem cunctorum,

Verbum Dei caro factum,

Mariæ filius Bethlehemiticus,

Hæres uniuersorum,

Amator hominis, qui pro nobis passus est ac mor-  
tuus, ut mortem inobedientiæ humanæ debitam  
exigeret, & amissam uitam reuocaret.

Homo enim cælo conditus per peccatum in Auer-  
num iniectus est, factusq; uas ignominiae, iræ  
organum, instrumentum mortis & Gehennæ  
titio.

Peccatum uero expiari non potuit, nisi sacrificio

humani

L

humani

humani corporis, non cuiuslibet, sed huius in  
æternum Melchizedechici pontificis domini  
nostri Iesu Christi, qui nobis à Deo factus est,  
Sapientia, Iusticia, sanctificatio & redemptio.  
Ipse nos redemit ab execratione legis, reconcilia-  
uitq; nobis Deum patrem per effusionem san-  
guinis sui in cruce.

Ipse est noster mediator, aduocatus, & gratie  
thronus, qui non solum propter peccata nostra  
mortuus est, uerumetiam resurrexit propter iu-  
stificationem nostri.

Ipse est nostrum caput,

Bonus pastor, & Episcopus animarum nostrarum,  
Dominus & Deus noster, ipse est.

Via, per hunc enim liberrimum accessum habemus  
ad patrem.

Veritas, quia nescit mendacium, in quo non est in-  
uentus ullus dolus.

Vita, quia dat uitam.

Virtus, quia proprie de Deo est, & omnis potestas  
patris in ipso consistit.

Sapientia, quia non aliunde quàm de patre uenia-  
ens, reserauit credentibus arcana coelestia.

Dextera, quia per eum omnia opera diuina per-  
fecta sunt atq; absoluta.

Thesaurus, quia in ipso omnes opes ac diuitie re-  
gni coelestis sunt reconditæ.

Ipse

Ipsē quoq; est os Dei, quia Deus per ipsum & in  
ipso nobis loquitur.

Manus Dei, quia per ipsum continetur & consistit  
rerum uniuersitas.

Deniq; non uaria solum, sed & innumera  
ferè nomina in sanctis scripturis habet Dominus  
noster Iesus Christus, quæ omnia exquirere atq; in-  
terpretari esset ultra meum posse, quare  
præcipua saltem adnotare libuit  
ex utroq; testamento.

θεια ἀντίληψις μενοι δοκνεκως  
μεθ' ἡμῶν, ἀμην.

L 2

Appellationes

# APPELLA- TIONES SEV NOMINA Christi, ex Veteri testa- mento.

**S**EMEN MULIERIS. Gene. 3. Et ait Domi-  
nus ad serpentem: Inimicitias ponā inter te et  
mulierem, & semen tuum, & semen illius. Ipsum  
semen conteret caput tuum, & tu insidiaberis cal-  
caneo eius. Est autem promissio gratiæ, per quam  
uiuificatus est Adam. Caput uero serpentis est re-  
gnum peccati & mortis.

SEMEN ABRAHAE. Gene. 22. dixitq; Do-  
minus ad Abraham. In semine tuo benedicentur  
omnes gentes terræ, quia obedisti uoci meæ. Vnde  
Apostolus inquit, ὡς εἰ οἱ ἐκ πίστεως, εὐλογῶνται  
σὺν τῷ πίστῳ ἀβραάμ

PROPHETA. Deutero. 18. & dixit Domi-  
nus ad Moysen. Prophetam suscitabo eis de medio  
fratrum suorum similem tui, & ponam uerba mea  
in ore eius, loqueturq; ad eos quaecunq; præcepero  
illi. Qui autem uerba eius quæ loquetur in nomine  
meo audire noluerit, ego ultor existam. Proinde  
S. Stephanus Acto. 7. dixit. Hic est qui fuit in con-  
gregatione in solitudine cum Angelo, qui loque-  
batur

batur ei in monte Syna, & cum patribus nostris,  
qui accepit Sermonem uiuum, ut daret nobis,

Esaiaë

Capite nono.

PARVVLVS, exinaniuit enim semetipsum  
formam serui accipiens, ut diuus Paulus 2. ad Phi=  
lippensis ait.

FILIVS, qui datus est nobis, hoc est, ad nostrã  
salutem, ut ipsemet in Ioanne inquit. Sic Deus di=  
lexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut  
omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat ui=  
tam eternam.

ADMIRABILIS, quia Deus & homo, paruu=  
lus & immensus, qui multa miracula fecit, ut testa=  
tur ueritas Euangelica, quare Propheta Regius  
Psalmo 8. dixit. Domine Deus noster, quã admi=  
rabile est nomen tuum in uniuersa terra?

CONSILIARIVS, nimirum nobis patefecit  
consilium sanctæ ac indiuiduæ trinitatis de my=  
sterio nostræ redemptionis. Vnde ipsemet per Sa=  
lomonem dicit. Prouer. 8. Ego Sapientia habito  
in consilio, & eruditus intersum cogitationibus.

DEVS, de quo ita scriptum est, οὐτός ἐστιν ὁ  
ἄλλοθιὸς θεός, καὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ ὡνιος.

FORTIS, cui nemo resistere potest. huic enim  
data est potestas in cœlo & in terra, Matthæi ul=  
timo. De quo ita Psalmus 23. loquitur. Qui est

L 3

ipse

ipse Rex gloriae. Quare cecinit mater ipsius, in-  
quiens, ὅτι ἐπόικσε μοι μεγαλῆα ὁ δωατός,  
καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ

**PATER FUTURI** seculi: nemo enim ire po-  
terit in uitam eternam, quæ dicitur futurum se-  
culum, nisi per unicum Dominum nostrum Iesum  
Christum, qui de semetipso ita est loquutus, ἀμὴν  
ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ἔχει ζωὴν  
αἰώνιον, διὰ τὸτο εἰρηκα ὑμῖν, ὅτι οὐδεὶς δάωα  
ται ἐλθεῖν πρὸς με, ἐὰν μὴ ἢ δεδομένον αὐτῷ  
ἐκ τοῦ πατρὸς μου.

**PRINCEPS PACIS**, id est, dator, conserva-  
tor ac Dominus tranquillitatis et sanctæ concor-  
diæ, qui nos Deo patri et angelis eius reconcilia-  
uit: de quo sic prophetauit Psalmographus. Orie-  
tur in diebus eius iusticia et abundantia pacis. Pro-  
inde dixit ad discipulos. Pacem meam relinquo  
uobis, pacem meam do uobis.

Eccc quam aptè istæc nomina Christi inter se  
conueniunt, Est quidem

**ADMIRABILIS** in incarnatione:

**CONSILIARIUS** in prædicatione.

**DEVS** in miraculorum operatione.

**FORTIS** in passione.

**PATER FUTURI SAECVLI**, per resurrectio-  
nem et passionem.

**PRINCEPS PACIS**, in missione Spiritus sancti.

Appellatur



Appellatur etiam alijs nominibus apud Esai-  
am, Virga & Surculus, Germen delectabile, Verbu  
iusticiae, Lapis fundamenti, Flos de radice iesse, &  
id genus alia.

Hieremiae  
Capite 23.

GERMEN IUSTVM, Ecce dies ueniunt di-  
cit Dominus, & suscitabo David germen iustum,  
& regnabit Rex & sapiens erit, & faciet iudici-  
um et iusticiam in terra. De quo sic loquitur Apo-  
stolus &c. Paulus ad Romanos, Factus ex semine  
David secundum carnem.

REX, de quo Esaias ita dicit. Dominus iu-  
dex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex  
noster, ipse ueniet & saluabit nos. Angelus quoq;  
ad uirginem Mariam Luca. i. Regnabit, inquit,  
in domo Iacob, & regni eius non erit finis.

Ezechielis  
Capite 34.

PASTOR VNVS ET PRINCEPS. Hæc di-  
cit Dominus Deus. Ego pascam oues meas, & ego  
eas accubare faciam. & suscitabo super eas pasto-  
rem unum qui pascat eas, seruum meum David, ipse  
erit eis in pastorem. Ego autem Dominus ero ipsis

L A in Deum,

in Deum, & seruus meus Dauid princeps in medio  
eorum. Pastor ille, de seipso sic loquitur in Euan-  
gelio. ἐγὼ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός, καὶ γινώσκω  
τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκειμα ὑπὸ πᾶσιν ἐμῶν.

Danielis  
Capite 2.

LAPIS DE MONTE ABSCISSVS SINE  
MANIBVS, qui percussit statuam, & factus est  
mons magnus, & impleuit uniuersam terram, hoc  
est, Christus ex populo Israel natus est, non huma-  
no consilio datus est huic populo, nec postea reg-  
num constituit humana potentia aut uiribus illius  
populi. Hæc Philippus.

Osee  
Capite 3.

REX DAVID. Et post hæc reuertentur fi-  
lij Israel, & querent Dominum Deum suum, &  
Dauid regem suum, & pauebunt ad Dominum &  
ad bonum eius in nouissimo die. De illo ita in Hie-  
remia legimus. Seruient Domino Deo suo, & Da-  
uid regi suo, quem suscitabo eis.

Iohelis  
Capite 2.

DOCTOR

DOCTOR IUSTITIAE, de quo Osea cap.  
10. Tempus requirendi Dominum cum uenerit,  
qui docebit uos iusticiam.

Micheæ  
Capite 5.

DOMINATOR ISRAELIS. Ex te mihi egre-  
diatur, qui sit dominator in Israel, & egressus eius  
ab initio à diebus eternitatis. De duplici genera-  
tione Christi ita scriptum est in Euangelio Ioan-  
nis. In principio erat uerbum, et uerbum erat apud  
Deum, & Deus erat uerbum, hoc erat in principio  
apud Deum. Vnde per Prophetam loquitur Deus  
Psalmo 109. Ex utero ante luciferum genui te.  
Proinde Christus filius Dei, Sapientia patris, in Sa-  
lomone Prouerbiorum octauo, de semetipso ita di-  
cit. Dominus possedit me in initio uiarum suarum,  
antequã quisquam faceret à principio, ab eterno  
ordinata sum & ex antiquis antequam terra fie-  
ret. Nondum erant abyssi, & ego iam concepta  
eram. Necdum fontes aquarum eruperant, nec dũ  
montes graui mole constiterant. Ante colles ego  
parturiebar, adhuc terram non fecerat, & flumi-  
na & cardines orbis terræ. Quando preparabat  
caelos aderam, quando certa lege & gyro ualla-  
bat abyssos &c. Ecclesiastici cap. 24. Ego ex ore  
L 5 altissimi

altissimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam, &c.

Sequitur, Et uerbum caro factum est & habitauit in nobis, & uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre, plenum gratia & ueritate. De qua generatione scribunt Matthæus & Lucas. Esaias capite 7. Ecce uirgo concipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel.

Haggai  
Capite 2.

DESYDERIVM GENTIVM. Hæc dicit Dominus Deus exercituum. Ego commouebo cælum & terram & mare & aridam, & mouebo omnes gentes, & ueniet desyderatus cunctis gentibus. In natiuitate Christi moti sunt cœli, Angeli enim de cœlo descendentes cecinerunt, Gloria in excelsis Deo. Luca. 2. Et terra, Magi enim ab oriente uenientes obtulerunt Christo regi numera, Matthæi. 2. De quo ita uaticinatus est Esaias cap. 42. legem eius insule expectabunt, & in ipso sperabunt gentes.

Zachariæ  
Capite 9.

REX SION IUSTVS ET SALVATOR.  
Exulta satis filia Sion, inbila filia Ierusalem. Ecce  
Rex tuus

Rex tuus ueniet tibi iustus & saluator, ipse pauper, & ascendens super Asinam & super pullum filium Asinae. Qui de seipso in Euangelio loquitur dicens. Vulpes foveas habent, & uolucres caelididos, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Qui cum diues esset, factus est propter nos egenus, ut eius inopia diuites essemus.

Malachiae  
Capite 4.

SOL IUSTITIAE. Et orietur uobis timentibus nomen meum Sol Iusticiae. Qui de seipso sic loquitur in Euangelio dicens. Ego sum lux mundi.

Ex libro Psalmorum  
Psalmo 2.

FILIVS DOMINICVS. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Vt in Euangelio Matthaei cap. 3. & 17. legimus. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsam audite.

Psalmo 109.

AETERNVS SACERDOS. Iurauit Dominus & non poenitebit eum, tu es sacerdos in aeternum secundum

secundum ordinem Melchisedech. Christus enim seipsum obtulit Deo patri, pro peccatis nostris, iuxta illud Apostoli. Christus tradidit semetipsum pro nobis oblationem & Hostiam, in odorem suavitatis.

Psalmo 110.

REDEMPTIO. Redemptionem misit Dominus populo suo, mandavit in æternum testamentum suum. οὐ γὰρ ἀπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ εἰς τὸν κόσμον, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σωθῇ δι' αὐτοῦ.

Psalmo 117.

LAPIS AB AEDIFICANTIBVS REPROBATUS, qui factus est in caput anguli. Quemadmodum enim duo parietes concurrunt in lapidem angularem, ita Christus à scribis & Phariseis reiectus, ex Iudæis ac gentibus unam Ecclesiam constituit, cuius ipse est caput. Quare in Evangelio dixit. καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης. καὶ κείνα με δεῖ ἀγαγεῖν, καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούσουσι, καὶ γενήσεται μία ποιμνία, εἰς ποιμνία.

Appellationes

# APPELLA=

TIONES SEV NOMINA  
Christi, ex nouo Testa-  
mento.

Matthæi  
Capite primo.

**I**ESVS, Angelus dixit ad Ioseph uirum Mariæ,  
Ioseph fili David, ne metuas adiungere tibi Ma-  
riam uxorem tuam. Nam quod in illa concep-  
tum est, à Spiritu sancto profectum est. Pariet au-  
tem filium & uocabis nomen eius Iesum. Is enim  
saluum faciet populum suum à peccatis suis. Iesus  
Hebraicè, Soter græcè, Saluator latinè dicitur: est  
enim missus cunctis gentibus in salutem. Quare per  
Prophetam dixit. Ego sum, ego sum ipse, qui deleo  
iniquitates tuas propter me.

EMMANVEL, id est, nobiscum Deus. Iuxta  
illud: post hæc in terris uisus est, & cum hominibus  
conuersatus est. Hoc autem ipsemet nobis in Euan-  
gelio promisit dicens, καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν  
εἰμι πᾶσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς σωτηλείας τῆς  
αἰῶνος.

Capite nono.

DOMINVS,

DOMINVS, Domine filia mea modo defuncta est, sed ueni impone manum tuam super eam, & uiuet. Christus enim est Dominus mortis ac omnium infirmitatum. Dominus meus & Deus meus, dixit Thomas Ioan. 20. Vocatur etiam filius David, Propheta, Sponsus, Paterfamilias, Gallina, Magister &c.

Marci  
Capite 12.

HAERES, quem, nouissime missum ab homine qui uineam pastinauerat et multos seruos ad agricolas pro accipiendo fructu uinae miserat, occiderunt, coloni, id est Iudaei, qui dicebant ad inuicem, hic est haeres, uenite occidamus eum, & nostra erit hereditas. & illud praedictum est in libro Sapientiae Capite secundo his uerbis. Circumueniamus uirum iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris. Item, Morte turpissima condemnemus eum, &c.

Lucae  
Capite primo.

FILIVS ALTISSIMI, Angelus ad Mariam ait, Ne timeas Maria, Inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero & paries filium, et uocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus et filius altissimi



altissimi uocabitur. Vere magnus, Magnus Deus,  
magnus homo, magnus Doctor, magnus Propheta,  
magnus Rex, magnus Sacerdos, quia æternus. Mag-  
nus erit, magna faciet, Quia potens est, et sanctum  
nomen eius, Cuius magnitudinis non est finis. Filius  
altissimi, id est, Dei patris, non adoptiuus ut cæte-  
ri, sed naturalis, coæternus, unicus, coequalis. ad  
quem pater coelestis dixit. Filius meus es tu, ego ho-  
die genui te. Et, Hic est filius meus dilectus.

REDEMPTIO PLEBIS, Zacharias impletus  
Spiritu sancto prophetauit dicens. Benedictus Do-  
minus Deus Israel, quia uisitauit et fecit redemp-  
tionem plebis suæ. Iuxta illud. Redemptionem mi-  
sit Dominus populo suo. Psalmo. 110. Nimirum in-  
carnatio Christi fuit inchoatio nostræ redemptio-  
nis atq; salutis. Proinde per Osea Prophetam dix-  
it. De manu mortis liberabo eos, de morte redi-  
mam eos. Venit enim filius hominis quærere et  
saluum facere quod perierat.

### Capite secundo.

PRIMOGENITVS. Impleti sunt dies Ma-  
rie ut pareret, et peperit filium suum primogeni-  
tum. Non post quem alius, sed ante quem nullus,  
inquit uenerabilis Beda, contra heresim Heluidij.  
Vocatur

Vocatur etiam primogenitus in Apocalypsi, & in  
Epistola ad Collossenses.

SALVTARE. Simeon desiderio suo potitus  
dixit. Quia uiderunt oculi mei Salutare tuum. Ipse  
enim saluum faciet populum suum à peccatis eor-  
um. Et ὁ γὰρ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε ψυ-  
χὰς ἀνθρώπων ἀπολέσαι, ἀλλὰ σῶσαι.

LVMEN AD REVELATIONEM GEN-  
TIVM. Vnde Esaias dixit. Populus gentium qui  
ambulabat in tenebris uidit lucem magnam: habi-  
tantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis.  
Et de hoc luce testimonium perhibuit Ioannes Bap-  
tista. Ioannis primo.

Ioannis  
Capite primo.

VERBUM. In principio erat uerbum, id est,  
in patre erat filius, Secundum Augustinum.

LVX VERA. Iuxta illud. Ego sum lux mun-  
di. Quare dixit Ioannes in sua Canonica. Deus lux  
est, & tenebræ in eo non sunt ullæ.

CARO. Et uerbum caro factum est, id est, Deus  
est homo

est homo factus, ut homo esset Deus, non autem per naturam, sed per gratiam. Secundum Psalmographum Psalmo 81. Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes.

Romanorum  
capite tertio.

RECONCILIATOR. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus reconciliatorem per fidem, interueniente ipsius sanguine, &c. de quo Ioannes in sua canonica Epistola ita dicit. Filioli mei, hæc scribo uobis, ne peccetis, & si quis peccauerit, aduocatū habemus apud patrem Iesum Christum. Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Dominus enim in eo posuit iniquitatem omnium nostrum, ut Esaias inquit. Christus ipse in quodam Psalmo de se sic dicit. Quæ non rapui, tunc exoluebam.

Prima Corinthiorum  
capite decimo.

PETRA. Petra autem erat Christus. Qui in Hieremia de semetipso loquitur in hunc modum. Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt

M

sib

sibi cisternas dissipatas, quæ non ualent continere  
aquas. cap. 2. Item. dereliquerunt, uenam aquarum  
uiuentium, Dominum. cap. 17. & est figuratiuè  
dictum. Christus enim figurabatur per petram.

Ad Ephesios  
capite secundo.

PAX. Ipse est pax nostra, qui fecit ex utrisq;  
unum, et interstitium maceræ diruit, etc. Quare ab  
Esaia uocatur princeps pacis. cap. 9. qui de seipso  
in Euangelio locutus est dicens. Pacem meam do  
uobis, pacem meam relinquo uobis. fecit enim pa-  
cem inter Deum & hominem.

Ad Colloffenses  
capite primo.

CAPVT ECCLESIAE. Et ipse est caput cor-  
poris Ecclesie, ut ad Ephesios cap. 4. & 5. simi-  
liter docet. Augustinus Epistola 20. de moderatè  
cohercendis hereticis, ad Bonifacium comitem, di-  
cit. Proinde Ecclesia catholica sola corpus Chri-  
sti est, cuius ille caput est, saluator corporis sui.  
Extra hoc corpus neminem uiuificat Spiritus sanc-  
tus. Hæc ille. Appellatur etiam in illo capite, ima-  
go Dei inconspicui, primogenitus uniuersæ crea-  
turæ, &c.

Primus

Prima ad Timotheum  
capite secundo.

MEDIATOR. Vnus enim Deus, unus etiam  
Mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus,  
qui dedit semetipsum precium redemptionis pro  
omnibus. ut testatur 53. caput Esaie ferè per  
totum. Hinc appellatur mediator noui testamenti  
in Epistola ad Hebræos cap. 9. ac 12. Sacerdos  
magnus præfectus Domui Dei. capite decimo.

Prima Petri  
capite primo.

AGNVS IMMACVLATVS ET INCON-  
TAMINATVS. Figuratiuè scilicet aut per Si-  
militudinem. Qui de seipso per Hieremiam sic in-  
quit. Ego quasi agnus mansuetus qui, portatur ad  
uictimam. De quo Baptista dixit. Ecce agnus Dei.

Capite secundo.

PASTOR ET CVRATOR ANIMARVM.  
Qui in Euangelio de seipso ita dicit. Ego sum Pa-  
stor bonus. Visitauit enim nos oriens ex alto. Ipse  
habet sempiternū Sacerdotiū, manet enim in æter-  
num: quare saluare potest in perpetuum, accedens  
per semetipsum ad Deū, & interpellans pro nobis.  
ut Epistola ad Hebræos docet.

Prima Ioannis  
capite secundo.

ADVOCATVS. Si quis peccauerit, aduoca-  
tum habemus apud patrem Iesum Christum iustū.  
Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro  
nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.  
Christus est noster patronus & orator qui semper  
interpellat pro nobis. Et est propitiatio pro pec-  
catis nostris, cuius liuore sanati sumus, ut Esaias  
inquit. Quare rectissime dixit S. Paulus. Christus  
factus est nobis à Deo Sapientia, & Iusticia, sanc-  
tificatio & redemptio.

Ex Apocalypsi  
beati Ioannis Theologi,  
capite primo.

PRIMOGENITVS MORTVORVM. Quia  
dignior omnibus mortuis, et quia solus inter mor-  
tuos, mortem propria uirtute calcavit. Vnde Apo-  
stolus dicit. Mortui enim estis, & uita uestra ab-  
scondita est cum Christo in Deo.

PRINCEPS REGVM TERRAE. Est enim  
Rex regum & Dominus dominantium. De quo in  
Daniele scriptum est sic. Omnes populi, tribus &  
linguæ seruent ei.

Capite

## Capite Quinto.

LEO DE TRIBV IVDA. Quia mater Domini nostri Iesu Christi Maria, fuit de tribu sacerdotali & regia, Dauidica scilicet. De isto leone lege Esaiam cap. II. Oseam cap. 13.

AGNVS. Quia fuit uictima pro nobis oblata. Leo dormit apertis oculis, ita Christus expirauit diuinitate uiuente, unde & mortem superauit ut leo, sed mortem timuit ut agnus, secundum ipsius uerba, cum inquit. Tristis est anima mea usq; ad mortem.

RADIX DAVID. Immo & germen. Quia secundum potentiam diuinitatis firmavit regnum Dauid in æternum, & secundum infirmitatem humanitatis processit de stirpe Dauid. Iuxta illud. Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. IESVS CHRISTVS DOMINVS NOSTER, qui cum Patre & Spiritu sancto uiuit ac regnat Deus in secula benedictus, AMEN.

AD HEMERAMVM SCHEY-  
RINGVM CLARISSIMI VI-  
RI D. IOANNIS SCHEYRIN-  
GI DOCTORIS FILIVM,  
PROTREPTICON OC-  
TOSTICHON GEOR-  
GII THYMI CYG-  
NAEI.

*Quæ collecta uides insignia nomina CHRISTI,*

*Disce puer memori mente tenere tua.*

*Nam si percupias à CHRISTO ducere nomen,*

*Nomina & eiusdem te meminisse decet.*

*Non sine consilio tibi sunt decerpta Magistro,*

*Eruta & è sacris optima quæq; libris.*

*Quare age ne pigeat fili Doctoris amandi,*

*Noscere, si CHRISTI filius esse uelis.*

CARMINA



CARMINA ALIQVOT FV-  
NEBRIA, DE OBITV REVE-  
RENDI IN CHRITO PA-  
TRIS, AC DOMINI DOCTO-  
RIS MARTINI LVTHERI,  
VERBI DIVINI INTSAVRA-  
TORIS, AETERNAE HOMI-  
NUM MEMORIAE COMMEN-  
DANDI, IN GRATIAM QVO-  
RVNDAM DOCTORVM VI-  
RORVM MAGDEBVRGEN-  
SIVM SVCCISIVIS HO-  
RIS A GEORGIO THY-  
MO CYGNAEO EXA-  
RATA, ATQVE IN  
LVCEM EDITA.

AD LECTOREM.

*Vt bene scire qV eas, qVO sit LVtherVs In anno  
eXtinctVs, Lector en tibi CarMen habe.*

DISTICHON.

*MartinVs fVL sit sol CLarVs In orbe LVtherVs,  
qVI post fata pIVs fVLget & arCe poli.*

M 4

VERSICVLVS,

VERSICVLVS, QVEM IPSEMET  
DOCTOR HONORABILIS FE-  
CIT, ET IN BEATAS MEMORIAS  
SVO TVMVLO INCRIBI IVS-  
SIT, RETEXTVS, ET FVSIVS  
TRACTATVS EODEM  
AVTHORE.

PESTIS ERAM VIVENS, MORIENS ERO  
MORS TVA PAPA.

**M** MORS tua, PAPA, ego sum, qui mortuus ecce LV-  
THERVS,  
**A** At dum uiuebam, nil nisi PESTIS eram.  
**R** Rex coeli coelos me nunc conscendere fecit,  
**T** Te princeps mundi trudet ad ima stygis.  
**I** In regno CHRISTI post funera uiuo beatus,  
**N** Nec capiunt animam tristia iura necis.  
**V** Viuo beatus ego nunquam moriturus in aeuum,  
**S** Sic me post uitam uita futura manet.  
**F** Felices animæ, quibus est cognoscere CHRISTVM,  
**V** Vnica cura ducem, scandere & astra poli.  
**L** Lux EVANGELII per me diffusa refulsit,  
**S** Sortita estq; suum clarificata iubar.  
**I** In lucem è tenebris sunt dogmata sacra redacta,  
**T** Tandem scripturæ redditus omnis honos.  
**S** Sincere docui VERBUM, ueramq; professus,

OYE

Ore meo, uero tum quoq; corde FIDEM.	O
LEGIS DIVINAE TABVLAS perpendere iussi,	L
Christicolas omnes, quas DEVS ipse dedit.	C
Lucet in his operum quæ sit uel summa bonorum,	L
Aspicias animo, quæ facienda tibi.	A
Rebus in afflictis ORATIO quæ sit habenda,	R
Vt CHRISTVS docuit, edocui ipse simul.	V
SACRAMENTORVM seruandi qualiter essent,	S
Institui ritus, CHRISTVS ut instituit,	I
Nil temere appositũ est, temere nihil inde remotũ,	N
Omnia quim certa lege retenta mihi.	O
Recte floreret sacrosancta ut dogmata CHRISTI,	R
BIBLIA germana reddita sacra phrasi.	B
Et quanto studio uerti potuere per ipsum,	E
Lucubrata quidem, sedulitate, fide.	L
Vix bonus interpres sacro nisi flamine ductus,	V
Tam lingua propria reddere posset ea.	T
Et quia sancta meo est ECCLESIA adaucta labore,	E
Res PAPISTARVM postposuiq; sacris.	R
Viuo beatus ego nunquam moriturus in æuum,	V
Sublimiq; mihi nunc lego in arce locum.	S.

AD LECTOREM DE EXPLANA-  
TIONE LITERARVM FRON-  
TISPICIALIUM.

M 5 Singula



*Singula perspicuens elementa hæc ordine certo  
Principio, Hexametrum LECTOR habere potes.*

OCTOSTICHON DE EODEM  
MARTINO LVTHERO DOC-  
TORE, CONTINENS LITE-  
RIS INITIALIBVS COG-  
NOMEN LVTHERI, FI-  
NALIBVS VERO PRO-  
PRIVM EIVS,  
DEM.

L Lumē in urbe fuit, quem fata tulere LVTHERVVM M  
V Vitam nunc aula uiuit in æthere A,  
T Transtulit in coelos hominum, rerumq; creator, R  
H Hunc, modo cum sanctis gaudia sanctus habet. T  
E Et residere uidet cum PATRE in culmine cæli, I  
R Regnantē CHRISTVM, πνεῦμα ἁγίων τε θεόν. N  
V Ut nullæ intereant animæ clementia IESV, V  
S. Sic DOMINVS tribuit præmia digna pijs. S.

CANTIO

CANCIO VALDE PIA, ET CON-  
SOLATIONIS PLENA, *NON*  
*EST VNS DEN REJ3 BE3*  
*GRABEN*, IN HONOREM CLA-  
RISSIMI VIRI D. NICOLAI CON-  
RADI GLOSSENI, SACRAE  
THEOLOGIAE LICENTI-  
ATI, ELECIACO CAR-  
MINE REDDITA.

*Nunc condamus humi defuncti corporis ossa,* I.  
*Quæ videas urna clausa iacere breui.*

*De quo nõ dubiũ est, formã quin sumere eandẽ,*  
*Possit, in extremo uiuere & usq; die.*

*Gleba fuit terræ, de qua redigetur in ipsam* II.  
*Telluris massam, qualis & ante fuit.*

*De terra faciet DEVS inde resurgere corpus,*  
*Cũ tuba pulsa quidẽ clangeret in arce poli.*

*In DOMINO semper mens illius aurea uiuit,* III.  
*Corpus ut extinctũ iam requiescat humi.*

*Per CHRISTVM gratis qui crimina cuncta*  
*(remittit,*

*Hanc ex ærumnis uexit ad astra DEVS.*

*Sunt sortita bonum finem mala noxia quæuis,* IIII.  
*Amplius haud poterunt ulla nocere mala.*

*Sustinuisse iugum CHRISTI fuit, idq; coactum*  
*Extinctum est, uerè uiuit at usq; tamen.*

*Aurea*

- V. *Aurea mens uiuit, funus requiescit in urna.*  
*Iudicij DOMINI tempus ad usq; grauis.*  
*Tum demum iudex declaraturus honeste,*  
*Gaudia letitiae tumq; daturus ibi est.*
- VI. *Hic fuit afflictum nimium miserabile corpus*  
*Casibus innumeris, subiacuitq; malis.*  
*Ast ibi clarescet phoebus ceu clarus in orbe,*  
*Letitiaq; omni deinde fruetur ibi.*
- VII. *Nunc discessuri dormire exangue sinamus,*  
*Hicq; inhumata modo molliter ossa cubēt.*  
*Nunc aliter uitam nostram instituamus et ipsi,*  
*Nam ratione pari nos quoq; fata manent.*
- VIII. *Hoc praestet CHRISTVS, qui consolatio nostra est,*  
*Sāgume qui proprio nosq; redemit homo.*  
*Cui soli resonent summæ præconia laudis,*  
*Gloria cui semper sæcula in oīa, AMEN.*

SEQVITVR PRECATIO AD CHRIS-  
 TVM, DE OBITU ALBERTI IA-  
 COBI, M. LEONHARDI IACOBI  
 FILII, NORTHVSIAE DE-  
 FUNCTI, ANNO 1545.  
 8. SEMPTEMBRIS.

Ad te

A Ad te qui pueros inuitas CHRISTE benigne,  
L Limen & æthereæ sedis adire iubcs.  
B Bis senos menses qui nondum exegerat æuo,  
E E mundo migrat filius ecce patris.  
R Rumpere fila quidem uitæ cui PARCA maligna  
T Tentat, & è uiuis inuida fata uocant  
V Vsq; adeo nihil est toto durabile in orbe  
S Sic & ad interitus optima quæq; ruunt.  
I In tua regna iube precor hunc pie CHRISTE ue=  
A Atq; frui uita tempus in omne sine. (nire,  
C Corpus humi recubans placidè requiescat in ulnis,  
O Orat dilectus cum genitrice parens.  
B Busta tenent clausum funus miserabile nati,  
I In te sed uiuens spiritus astra colat.

Ad lectorem de Erratis  
corrigendis.

Si forsitan uideas errata hinc inde relicta,  
Lector amice tuo Marte notare potes,  
Quæ tamen in primis summe obseruanda putauit,  
Censura tali corrige quæso, Vale.

- A. 2. facie 1. lege minime non minimime.  
B. 3. facie 2. lege proferatur non profetatur.  
C. 1. facie 2. lege hoc facite in mei commemora-  
tionem.  
E. 1. facie 1. lege necessariam non necessarium.  
E. 6. facie 1. lege fiunt non fiuunt.  
G. 2. facie 1. lege propter naturam non natura  
diuinam.

Et nisi non nisi.

- G. 5. facie 1. lege Inuentus non Iuuentus.  
L. 5. facie 2. lege munera non numeræ.

Et si adhuc alia quædam errata leuia inue-  
neris, lector piè, quæ in corrigendo non sunt ob-  
seruata, illa per teipsum facile est corrigere.  
Quæso autem ut calcographum uirum opti-  
mum & in hac re vigilantissimum  
(culpa enim prorsus uacat) beni-  
gne excusatum habeas.

FINIS.



MAGDEBURGI EX  
CVDEBAT MICHA  
EL LOTHER.

ii,

ords

n.

tura

uea

ob

ere.

z



MA  
C  
E



K. V. 11. 93

154656

AB 154 656


ULB Halle

3

002 802 910




57



15







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



ἘΞΗΓΗΣΙΣ

PROPO-  
SITIONVM, CLARIS-  
SIMI AC DOCTISSI-  
MI VIRI, D. NICOLAI CONRADI  
GLOSSENI, Sacrae Theologiae LICEN-  
TIATI, Magdeburgensis & finitima-  
rum Ecclesiarum Inspectoris uigilan-  
tissimi, Contra errores Papisticos,  
in negotio SACRAMENTI cor-  
poris & sanguinis Domini  
nostri IESV  
CHRISTI.

AVTHORE M. LEONAR-  
DO IACOBI, NORT-  
HVSIANO.

(Magd. 1546)

